AMEDEUS Dux Sabaudie: Chablayſij ⁊ auguſte princeps Marchio in italia: Comes pedemõtiū: Gebenēſis: Valentinenſis ⁊ dieſis Dominuſqꝫ ciuitatis Nicie ac terrarum eidem adiacētiū: Illuſtribus ⁊ fidelibus cõſiliarijs iuſticiarijs officiarijs ac vaſſallis ⁊ ſubditis noſtris quorū cūqꝫ ſtatuum preſentibus ⁊ futuris ſalutē ⁊ omnē felicitatē. Iuſticia de celo ꝓdiēs celeſtium terreſtiuꝫ atqꝫ infernorū dominatrix ſicut ſua gratuita bonitate mētes humanas imagine ⁊ ſimilitudine ſue maieſtatis decorare dignata eſt: ſic iuſticiā originalē eiſdem naturaliter impreſſit: ſub cuiꝰ norma viueret humanū genus ad bonum eternum promerendum: ⁊ licet ab huiuſmodi iuſticie tramite prothoparentū fragilitas boni incõmutabilis contemptrix: ⁊ mutabilis: cupida ſeipſam auerterit. nihilominꝰ populo peculiari ſuā miſeriā agnoſcenti: ⁊ miſericordiā implorāti: ius ipſuꝫ naturale ſpecifice per legalia ⁊ euangelica precepta ab ipſo ſummo rege ordinatiſſime collatuꝫ eſt. Unde tanqꝫ a fonte riuuli cuncta iura humana rationabiliter edita fluxiſſe dignoſcunt. Ad cuius quidem diuini iuris exequutionem ⁊ mūdi huius gubernacula qui nō fato vel fortuna ſed iuſto dei iudicio regitur congruiſſimis temporum ſucceſſibus ſacroſancte pontificalis ⁊ imperialis dignitates ex eodeꝫ ſummo principio prodierunt iuſticiam tanqꝫ omnium virtutū perfectiſſimam arbitrantes. Cum ſit virtus humane ſocietatis conſeruatrix vnicuiqꝫ quod ſuum eſt conſtanter diſtribuens: ſine qua vnaqueqꝫ aliarum virtutū nihil horum que cõpetunt poterit operari. Et ideo preceteris circa ipſius obſeruantiam viriliter intenderūt leges ⁊ iura condendo negocijs hominum pro varietate temporum ⁊ cauſaruꝫ opportuna. Quarum ſalutaribus exemplis multi principes iuſticie cultores ad regimen ſuorum ſubditorum cõſtitutiones ⁊ ſtatuta ſagaciter inierunt. Inter quos nõnulla noſtri progenitores inclita. ⁊ nos ſucceſſiue zelo iuſticie ducti ſtatuta felicia in pluribus codicillis redacta cõdidimus: Sed quia nullum ſtatutū nullaqꝫ lex videnť etiam ab initio ſufficienter ad omnia fuiſſe promulgata: ſed multa correctione indigere vt ad humane nature vertibilitates ⁊ machinationes ſufficiant: noſtra ſolicitudo hominū cupiditates calumniaſqꝫ ⁊ omnem tergiuerſationem abhorrens. ſi quid ſit in re publica nobis commiſſa corrigendū anellat corrigere vt ſubditi noſtri ſub omni conſiſtant iuſticia. Et quia circa hec ſedule cogitantes nonnulla cognouimus tam circa officiariorum ⁊ ſubditorum noſtrorū mores ꝙ ſtatuta predicta moderamine digna. Ad laudē honorē ⁊ captationem gratie dei omnipotētis iuſticie cultum: correctionem ſcelerum. incrementum virtutum ſubditorum quietem ⁊ vtilitatem: litium abreuiationē. ac totius nobis commiſſe reipu. ſtatum pacificum ⁊ proſperum: ſtatuta noſtra predicta per nonnullos dilectos fideles ⁊ proceres eccleſiaſticos ⁊ laycos ad hoc a nobis deputatos fecimus reuideri atqꝫ reformari iuxta negociorum ⁊ errorum modernorꝫ exigentiā cum additionibus opportunis. Reformataqꝫ in hoc compendium vnicum ſub titulis ⁊ rubricis ordinate poſitis colligi: deinde per conſilium noſtrū diligenter examinari: Demumqꝫ cū ipſiꝰ noſtri circumſpecta deliberatione conſilij eadem ſtatuta noſtra decernimus ⁊ auctorizamus ad perpetuā memoriā. ſub quorum regula viuere ⁊ reipublice noſtre policiam ⁊ iuſticiam regere perpetuo nos velle declaramus: ⁊ per cunctos officiarios iuſticiarios ⁊ ſubditos noſtros immediatos ⁊ mediatos ipſa ſtatuta nr̄a infraſcripta ī iudicio ⁊ extra plene ⁊ īuiolabiliter obſeruari: ac eis tāꝙ legibꝰ vti: eaqꝫ vbiqꝫ locoruꝫ inſignium noſtrorum: vt ad omnium noſtrorum ſubditorum notitiam valeant peruenire publicari voluimus ⁊ mandamus. Saluis ſemper ſacris legibus diuinis ⁊ humanis: a quarum obedientia ⁊ vſu ꝓpter hec ſtatuta noſtra recedere nolumus nec intēdimus: ſicut nec debemus ſed potius earū precepta in his ſuper quibꝰ ipſa ſtatuta noſtra aliter diſponunt ſeruare. Et ſaluis etiā bonis ⁊ laudabilibus cõſuetudinibus noſtrorū ducatus auguſte ⁊ patrie vaudi: qui non iure ſcripto ſed conſuetudine reguntur. Nec nō rationabilibus capitulis terrarum noſtrarum italie: pedemontiū: ⁊ prouincie: quibꝰ per hec ſtatuta noſtra derogare non intendimus nec volumus. Omnibus alijs noſtris ⁊ ꝑdeceſſorū noſtrorum libris ⁊ ſcriptis in hac parte edictis ad tollendū confuſionem preſentis libri ſtatutorum noſtrorum edictione noſtra ⁊ dictorum predeceſſorum noſtrorum ſtatuta opportuna comprendentibus quibus per preſentia ſtatuta derogatur: caſſatis ⁊ irritis alijs in ſuis robore ⁊ firmitate remanentibus.

¶ Hoc autem ſtatutorum noſtrorum compendium in quinqꝫ libros duximus diuidendum: In quoruꝫ primo ea que diuinum honorem atqꝫ cultum vna cū ſuis principalibꝰ oppoſitis. In ſecundo ea que nos illuſtreſqꝫ liberos ac ſucceſſores: conſiliarios: officiarios ⁊ iuſticiarios noſtros. In tertio ea que ſubditorum noſtrorum ſtatum honeſtum morūqꝫ correctionem concernunt: In quarto taxationes exituū ſigillorum ⁊ ſcripturarū curialiū noſtrarū. In quinto vero moderationes ſuperfluitatum ⁊ põparū veſtimētorum cõuiuiorum ſepulturarū ⁊ huiuſmodi exceſſuum ordinate collocantur.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

¶ De dei inuocatione ⁊ fide catholica.

BOnum ab omnibus appetitur. Sed ſupbia felicitatis humane potentia fallēs ſuum poſſeſſorē illud querere dedignat̄ ab illo qui ſolus donare poteſt a quo omne datum optimum ⁊ omne donū perfectū de ſurſum influit humiles ⁊ capaces: Initium igitur ⁊ finem huius operis referre volentes ad ſummū reruꝫ principiū carens principio pariter ⁊ fine cuius gratia preſtoꝛ fideliter inuocātibus ſe vt inter huius mundi calamitates laqueos ⁊ turbines ſemitas iuſticie dirigantur pedes noſtri in viam pacis ⁊ ſalutis humiliter inuocamus laudamus ⁊ benedicamus ſincero corde credentes: ⁊ oꝛe fideli ꝯfitentes. Sanctaꝫ ⁊ indiuiduam trinitatem Patrē videlicet ingenitum: filiū vnigenitū: ſpiritū ſanctū paraclitū: vnū Deū verū eternū oīpotētē imēſū infinitū inuiſibilē icircūſcriptibilē ineffabilē: ſui ꝓuidētia oīa creantem: ſine laboꝛe omnia regentem: in iuſticia rectiſſimū: in miſericoꝛdia clemētiſſimum: regē regum: ⁊ dominatoꝛē dominantiū: cuius regnum et imperiū manet in eternū. ¶ Credimus etiā firmiter ſecunde perſone trinitatis: videlicet vnigeniti filij dei patris dñi noſtri ieſu chꝛiſti ſalutiferā incarnationē in vtero preclariſſimo virginali de ſpiritu ſancto: perfectamq; ipſius natiuitatem deſideratiſſimam ⁊ paſſionem ⁊ moꝛtē acerbiſſimam: aſcenſionē ad dexterā dei patris: ipſiuſq; futurū aduentū ad iudicandū viuos ⁊ moꝛtuos nouiſſimā moꝛtuoꝛum reſurrectionē ⁊ vitā eternā. ¶ Credimus inſuper vnū baptiſma ceteraq; oīa eccleſiaſtica ſacramenta eſſe diuine gratie vaſa pꝛoꝛſus efficientia quod figurant: Inter que cum ſumma reuerentia ſanctoꝛum cōmunionē recolimus videlicet ſanctiſſimā eucariſtiam in qua neduꝫ gratia verum etiā ipſe auctoꝛ gratie ſubſtantialiter continet̄. Necnon vniuerſa in lege et euāgelio cōpꝛehenſa: ⁊ que ſancta romana ⁊ vniuerſalis docet ⁊ ſeruāt eccleſia.

¶ De hereticis ⁊ ſoꝛtilegis.

AT quia huius ſacre fidei noſtre pꝛeuaricatoꝛes veluti heretici ſoꝛtilegi demonū inuocatoꝛes ⁊ huiuſmodi ſuperſtitioſi de medio fideliū ne eos ſuis ſectis peſtiferis inficiāt via iuſtitie ⁊ militari potentia ſunt extirpandi: Iudices eccleſiaſticos oꝛdinarios delegatos ⁊ ſubdelegatos ad pꝛemiſſa nefaria crimina puniēda pꝛout ad eos ſpectat requirimus ⁊ rogamꝰ quantū vero noſtra intereſſe poteſt. Iuſticiarijs ⁊ officiarijs noſtris ꝑcipimꝰ diſtricte ⁊ mandamus: quatenus omnes ⁊ ſingulos vtriuſq; ſexus ⁊ cuiuſcunq; ſtatus qui de pꝛedictis criminibus aut eoꝝ altero intra totius patrie noſtre limites reperientur culpabiles vna cum ſuis in hac parte fautoꝛibus receptoꝛibus conſiliarijs ⁊ adiutoꝛibus pꝛout ad foꝛum eccleſiaſticū ⁊ noſtrū de iure pertinere debet ⁊ debebit viriliter pꝛoſequant̄. Eos capiendo: incarcerando: inquirendo. ⁊ iuxta demerita dictamine iuris puniendo: pꝛecibus pꝛecio: timoꝛe: amoꝛe: et odio totaliter pꝛetermiſſis. ¶ Mādamus inſuper officiarijs noſtris pꝛefatis per iudices oꝛdinarios et inquiſitoꝛes heretice pꝛauitatis circa executionē huiuſmodi ſui officij i. auxiliū vel conſiliuꝫ reqrendis: quatenus ipſis requirentibꝰ pꝛōpte ⁊ ſine difficultate pꝛeſtent in pꝛemiſſis auxilium: conſilium: fauoꝛem ⁊ ſecuritatem oppoꝛtunam. Et ne defectu expenſarum dicti inquiſitoꝛes a ſancta ſede apoſtolica deputati in ſui huiuſmodi inqſitionis executione officij ſe reddere valeant ſeu pꝛetendant negligentes vel remiſſos volumus ⁊ oꝛdinamus ꝙ de ⁊ ſup bonis hereticoꝝ damnatoꝝ iuridice confiſcādis: expenſe ipſoꝝ inquiſitoꝝ in ꝓſecutione dicti officij rite ⁊ moderate fiende ſuppoꝛtent̄. Et eiſdē inquiſitoꝛibus per officiarios locoꝛum bonoꝛum pꝛedictoꝛum cōfiſcatoꝝ collectoꝛes libere expediantur. Ita tamen ꝙ dicti inquiſitoꝛes nullam aliam ſuper ipſis bonis confiſcatis recipiant poꝛtionem ne ipſa receptio ſi fieret: occaſionem alicui pꝛebeat malignandi. Si qua inſuper perſona cuiuſcūq; ſtatus contigerit recurrere ad huiuſmodi ſoꝛtilegos: diuinos ⁊ maleficos: pꝛo ſanitatibus recuperādis: rebus pꝛedictis inueniēdis aut includendis actibus coniugalibus impediēdis vel expediendis ſeu cauſis alijs qbuſcunq; quarū expeditiones p viā naturalē fieri nequeunt. Poſtq̄ꝫ officiarijs locoꝛum in quibꝰ talia pꝛeſumēt de huiuſmodi recurſibus claro conſtabit omnes ⁊ ſingule perſone inde culpabiles puniantur indiſtincte pari pena pꝛedictoꝛum ſecundum gradus ꝑſonarum pꝛout ſupꝛa. Rurſus interdicimus vniuerſis ⁊ ſingulis ſubditis noſtris p que locoꝝ oꝛdinarios omnibꝰ clericis ſuis interdici reqrimꝰ ⁊ rogamus ne quis ſeu qui libꝛos vel ſcripturas quaſcūq; artium per ſanctam matrem eccleſiam ⁊ eius catholicos doctoꝛes damnatos ⁊ repꝛobatos ſecum tenere vel habere legere dogmatizare: audire diſcere: aut eis vti publice vel priuate audeant vel pꝛeſumant. ¶ Si quis autem contrarium attemptare pꝛeſumpſerit contra eum tanq̄ꝫ ſuſpectum de fide per iudicem competentem pꝛocedatur.

¶ De maledicis ⁊ blaſphemis.

Quia nedum



QUia nedum per hereticos ⁊ alios crimino ſos ſupꝛadictos diuinus honoꝛ offenditur verum etiaꝫ per maledicos ⁊ blaſfemos huiuſmodi ⁊ damnabili coꝛruptela vel furoꝛis impetu pollutis labijs deum negantes: malegratiantes: deſputenes: necnon irreuerenter iurātes per caput: capillos: ſanguinē. vulnera: viſcera aut alia mēbꝛa Chꝛiſti. ſeu turpia nefanda ꝯtra ſanctitatē: ſeu virginalē itegritatem beate dei genitricis: aut alioꝝ ſanctoꝝ honoꝛē alloquētes: ne contra nos ex taliū impunitate blaſfemorū clamet exclamatio Iſaie pꝛedicantis: dominatoꝛes terre impie agūt dicit dñs. Huic facinoꝛi deteſtabili quātū nobis eſt poſſiblle penarū inflictione finē iponere volētes. Statuimꝰ ſalua iuſticia eccl'iaſtica: ꝙ oēs ꝑſone layce i aliquā ex blaſfehijs ⁊ maledicis ſupꝛadictis vel ſibi ſimilibꝰ ꝓrumpētes. Si fuerint viles ⁊ abiecte ꝑſone ſicut hyſtriones: ribaldi: ebꝛioſi: lenones: luſoꝛes ⁊ meretrices. ⁊ ſimiles. p caſtellanos ſeu officiarios locoꝝ vbi tales ſic deliquerint vt ꝓfert̄ ſtatim capiat. Et deinde i loco publico coꝛā populo colūna pilarij āplexata cū grulionibꝰ vl' coꝛdula pollices coꝝ ꝯſtringāt. Sic ꝙ abinde diſſolui nō ualeāt nec debeāt p tres hoꝛas ꝯtinuas niſi redimēdo dictā penā ſtatim ſoluere velint ⁊ de facto ſoluāt penā pecuniariā triū groſſoꝝ infraſcriptā pꝛo pꝛimo delicto. Et ſi tales ꝑſone i crimie huiuſmodi relabētur vltra penā ꝑdictā coꝛpoꝛalē p vnū diē a ſolis oꝛtu vſq; ad occaſuꝫ ſine relaxatiōe ſuſtineāt. niſi euidēs ifirmitas caſuum neceſſitatis relaxationis occaſionē ꝑberet. Si vero iterū relapſe fuerint: tūc ponāt in pillario die foꝛi publici per tres hoꝛas. Et ſi fuerit i eſtate nudent̄ ab vmblico ſuperiꝰ manibꝰ ligatis: muſcarū aculeis exponēdo. In quocūq; autē tēpoꝛe fuerit ſiue in hyeme ſiue i eſtate: poſt exitū de pilario ab vno angulo ciuitatis ville ſeu loci illius vbi cōtigerit hoc ꝯmitti. In aliū angulū p carreriā publicā: ipſi delinquentes cū ſonitu tube deducātur: virgis vl' funiculis: flagellādo. Deinde a loco ⁊ toto territoꝛio ipſiꝰ delicti per trienniū ex inde cōtinuo futurū bāniēdo. Et vt ꝑmiſſa vbicūq; executiōi pꝛōpte deduci valeāt: ſtatuimus ⁊ oꝛdinamꝰ in oibꝰ ⁊ ſingulis ciuitatibꝰ: ⁊ villis ⁊ locis oppoꝛtunis patrie noſtre ſtatim ꝯſtrui ⁊ plātari pilaria in plateis manifeſtis. Quod ſi foꝛſan in pꝛemiſſis criminibus aut eoꝝ altero delinquentes fuerit nobiles inſignes aut alij notabiles: citra tamē barones bāneretos ⁊ alios iferioꝛes. ſiue ciues burgēſes: mercatoꝛes: mechanici vel ruſtici: ſiue agricole opulēti fuerint q̄ꝫ pꝛimū deliquerint penā irrimiſſibilē trium groſſoꝝ ipla die delicti ſoluēdā incurrāt. et ſi eadē die delicti penā incurſaꝫ huiuſmodi ſoluere recuſāt: in craſtinū puniant̄ in duplū. ⁊ poſt craſtinū in triplū. ⁊ ſic deinceps de die in diē. Quod ſi dicte ꝑſone poſtmodū depꝛehēdent̄ in relapſu tūc puniant̄ i duplū: ⁊ ꝓ alio relapſu i triplū: et ſic deinceps pena p oꝛdineꝫ ꝑdictū augeat̄ ipſo iure. Si vero delinquētes fuerint barones bānereti: milites: aut ꝯſiliarij noſtri cuiuſcūq; ſtatꝰ p oīa puniātur in duplū pꝛoxie ꝑdictoꝝ. Oꝛdinātes ⁊ volētes ꝙ oēs ꝑmiſſe pene pecuniales qꝛ ex offenſa dei ꝓcedūt. ⁊ p cōſequēs ad eiꝰ honoꝛē ⁊ opera pietatis ſunt ꝯuertēde: p errariū noſtrū nō exigātur: ſed per caſtellanum ſeu officiariū loci delicti q ſibi nihil inde retinere ꝓſumāt: niſi quartam partem quā ſibi relinqmus pꝛo mercede laboꝛis executionis per eū fiende. Tres uero partes pecuniarū ꝑdictaꝝ burſario ſi qs ſit in loco illo deputatus da elemoſynas pꝛo ſuffragijs animarū ⁊ executionis operū pietatis colligendas ſtatim expedire teneatur per regiſtrū. Ita ꝙ idē burſarius ſemel i anno de oibꝰ huiuſmodi receptis pecunijs i manibus dicti officiarij ⁊ ſindicoꝝ loci ꝯputū reddere teneat̄. Ubi vero non erit talis burſariꝰ dicte pecunie per ipſum officiariū eas exigētē ſtatim pauperibꝰ hoſpitalis loci uel alijs ſi nō ſit ibi hoſpitale cū ꝯſilio ⁊ i ꝑſentia ſindicoꝝ ſeu ſaltē duoꝝ ex ipſis. et ubi nō erūt ſindici in pꝛeſentia duorum alioꝝ viroꝝ ꝓboꝝ loci diſtribuant̄. Et diſtributa oīa ꝑmiſſa per ipſum officiarium regiſtrentur. Sic ꝙ idem officiarius de omnibus pecunijs receptis expeditis diſtributis ſemel in anno i pꝛeſentia ⁊ manibus curati parrochialis eccleſie ⁊ ſindicoꝛum ⁊ ſi non ſint ſindici duoꝛum aut trium pꝛoboꝛum virorū ipſius loci i particulariter computum reddere poſſit: ⁊ etiam teneatur.

¶ Pꝛefatio ⁊ reuocatio pꝛiuilegioꝛum iudeoꝛum.

NOn incōgrue iungunt̄ iudei cū blaſfemis. Nā a ſanctis canonibꝰ blaſfemi xp̄i nuncupant̄: ſua ⁊ eiuſ ꝑfidia turpiter excecati: verū eoꝝ meſſiaꝫ ⁊ ſaluatoꝛē verbis ⁊ factis abnegare nō verēt̄ licet pietas ipſius quē trāſfixerūt a ſuis beneficijs eoꝝ ingratitudinē nō excludat: q iter oues ſuas licet ex hoc ouili nō ſint eos dignat̄ ꝯfouere ⁊ viuere i ſue ſalutifere teſtimoniū paſſionis. ¶ Nolētes igit̄ ꝙ ipſoꝝ iudeoꝝ in diuerſis patrie noſtre locis ꝓpter eoꝝ ſecuritatē domicilia fouētiū ꝯuerſatio cedere valeat in xp̄i ꝯtumeliā: ſeu fidei noſtre fideliūq; iacturas ſacroꝝ canonum ⁊ legum imitatoꝛes ſtatuta edidimus infraſcripta ſub quibus ipſos iudeos vbicunq; locoꝛum noſtroꝛuꝫ mediatoꝝ ⁊ immediatoꝝ habitātes ⁊ habitaturos ꝑcipimꝰ diſcrete ꝯuerſari: ⁊ eadē ſtatuta irrefragabiliter obſeruari oibus ⁊ ſingulis pꝛiuilegijs idultis ſeu lr̄is p nos ꝑdeceſſoꝛes nr̄os ipſis iudeis vniuerſaliter vel particulariter ſub quacūq; uerboꝝ expꝛeſſione ſeu foꝛma quas ⁊ que hic habere volumꝰ ſufficiēter pꝛo expꝛeſſis in contrarium ſtatutoꝛum noſtroꝝ pꝛeſentium conceſſis a quoꝝ ſeu quarum obſeruatione de iure nō aſtringuntur: nō obſtātibus quibuſcunq; ſtatutis noſtris contrarijs ex noſtra huiuſmodi que etiam in omnibus ⁊ ſingulis ſuis punctis ⁊ clauſulis



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

certa ſcientia ⁊ ob dei reuerentiam expreſſe hoc edicto ꝑpetuo reuocamus.

### ¶ Judei non debent trahi ad fidem noſtram inuiti.

QUia non eſt diſcipline chriſtiane ꝙ quis conuertatur inuitus. Jnhibemꝰ vniuerſis ⁊ ſingulis ſub
ditis noſtris: ne quenquam iudeum vtriuſꝫ ſexus inuitum vel nolentē ad ſuſceptionem baptiſmi
venire compellat. Sed ſi quis ſalubriter ipſos iudeos ad fidem voluerit attrahere: non violētius: ſed blā
ditijs ⁊ pijs exortationibus hoc faciat.

### ¶ Judei non debent interfici verberari aut alias offēdi ꝑ quēcūꝫ niſi iuſticia mediāte.

NUllus xp̄ianꝰ ex ſubditis nr̄is quenqꝫ ex iudeis ſine iudicio terrene poteſtatis p̄ſumat occidere: ver
berare: vulnerare: aut ſibi pecunias: aut alia bona tollere eorūꝫ ritꝰ legales: p̄ſertim in feſtiuitatuꝫ
ſuaꝝ celebratione: fuſtibus vel lapidibus aut alias perturbare: neqꝫ ab eis coacta ſeruitia: p̄ter ea q̄ tēpo-
re preterito facere conſueuerunt exigere: nec eorū cimiteria mutilare aut inuadere ſiue ex eis corpora de
functoꝝ effodere. Sub pena indignationis noſtre ⁊ alijs penis legitimis.

### ¶ Judeis nō licet nouas ꝯſtruere ſynagogas i eis exequēdo eoꝝ officia voces exaltare

PErmittimus iudeis ſuas veteres ſynagogas ruinoſas reedificare ſine ampliatione ſeu precioſitate
Nouas vero erigere ſeu conſtruere omnino prohibemus. Et forſan per aliquos iudeorum in con-
trarium quicquam attemptari contingeret, per caſtellanos ſeu officiarios locorum omnia huiuſmodi
edificia atemptata ſtatim demoliri volumus ⁊ iubemus: Jnhibentes eiſdem iudeis ne in ſuis ſynagogis
ſuarum orationum ritum exequendo: ſic exaltent voces ſuas ꝙ poſſint audiri in loco diſtanti. Sed voci
bus ſeu cantibus ſubmiſſis officia ſua ſinagogica exequantur.

### ¶ Judei debent a vicinis ⁊ cohabitatione fidelium ſeparari ⁊ in vnum locum clauſum recludi.

NE mentes fidelium: ex vicinitate iudeorum corrumpantur. Jpſiqꝫ iudei chriſtianis quantuꝫ vellēt
nocere non valeant: ad euitandas quaſcunqꝫ damnatas commixtiones virorum ⁊ mulierum chri-
ſtianorum ⁊ iudeorum: Statuimus ꝙ vbiqꝫ locorum patrie noſtre in quibus iudeos habitationem habe
re contigerit: per caſtellanos ſeu officiarios: ſeu ſindicos locorum: ipſi iudei viri ⁊ mulieres cum tota pro
le a carrerijs publicis: ⁊ a vicinia Chriſtianorum in vnum locum ſecurum clauſum qui iudeaſymus nun-
cupetur ſegregentur. Unde a ſolis occaſu vſqꝫ ad ortū exire non preſument: niſi ex cauſa incendij intra iu
deaſymum vel prope exorti: violentie eis illate infirmitatis repentine vel purgationis legalis iudeorum.
Nec in ipſius temporis interualis aliquem chriſtianum virum vel mulierem ſolos intra dictum iudeaſy
mum receptare. Sed teneantur in eodem interuallo portas dicti iudeaſymi clauſas tenere: ſub pena car
ceris per tres dies in victu panis et aque per quoſlibet iudeos contrafacientes ſine remiſſione quacun-
que ſubitienda ipſo facto.

### ¶ Judei debent portare ſigna.

UT infideles a fidelibus diſcernantur ſtatuimus ꝙ omnes ⁊ ſinguli iudei viri ⁊ mulieres parui ⁊ ma
gni ſuper habitus eorum loco eminenti ante ⁊ retro ſpatulam ſiniſtram portent ſignum panni ru-
bei ⁊ albi diſpartitum rotundum de latitudine quattuor digitorum ſuis veſtimentis conſutum. Sine qui
bus quidem ſignis ſi quiſqꝫ iudeorum vtriuſqꝫ ſexus intra vel extra ciuitates: villas ⁊ loca patrie noſtre
incedere preſumpſerit: per caſtellanos ſeu officiarios locorum noſtrorum capiatur: ⁊ pena in capitulo ꝓ-
ximo precedenti contenta irremiſſibiliter puniantur ipſo facto.

### ¶ Judei in diebus paſſionis Chriſti debent eſſe recluſi.

IN diebus paſſionis Chriſti. Et lamentationis videlicet ab hora none quarte ferie: vſqꝫ ad horam
dici ſabbati ſancte ebdomade: omnes ⁊ ſinguli iudei portas ⁊ feneſtras domorum ſuaruꝫ clauſas te
neant nec in publicum exire preſumant ſub pena carceris per triduum continuum in victu panis ⁊ aque
per quēcunqꝫ



per quencunqꝫ iudeū contrafacientem ſine gratia quacunqꝫ ſubſtinenda.

### ¶ Pena iudeorum blaſſemantium deum vel ſanctos.

SJ quis iudeus vel iudea in aliquā ſaluatoris noſtri: ſeu ſanctiſſime eius genitricis. aut alicuius ſan-
ctorū blaſſemiā ſeu maledictū proruperit: ſtatim conſtante de delicto per caſtellanuꝫ: ſeu officiariuꝫ
loci delicti huiuſmodi blaſſemi capi: ⁊ in columna pilarij cum grulionibus vel cordula apponi per tres
horas. ¶ Deinde per carreriam magis publicā illius loci ab vno angulo i alium tuba p̄cedente cum fu-
nibus nodoſis per humeros nudatos vſqꝫ ad corrigiā verberando deduci volumus. Et ſi qui eorundeꝫ
iudeorum in hoc crimine inueniantur relapſi ſine miſericordia ponantur in pilario vna die fori publici: ⁊
per tres horas lingue eorum cum acu longo viſibiliter proforentur.

### ¶ Uſus librorum damnatorum iudeis prohibetur.

LJbros Tollete ⁊ alterius cuiuſcūqꝫ doctrine iudaice cōcluſiones: ꝓpoſitiōes: aſſertiōes: ſentētias
hereticales: erroneas blaſſemas: ſcandaloſas ⁊ prauarū artium oſtēſiuas: per iudeos i Camberiaco
dudum coram nobis in p̄ſentia iquiſitoris heretice prauitatis iudicialiter ſup rotulo: ⁊ lege moyſaica ſo
lemniter abiuratas ⁊ irritatas: aut ipſarum alterā omnibꝰ ⁊ ſingulis iudeis noſtre dictionis habere aut
illis vti ſub pena hereſis ꝓhibemus. Aliaſqꝫ ꝓpoſitiones ⁊ concluſiones predictis ſimiles ſeu eaſdē ab-
iuratas i alijs q̄ꝫ in locis i inſtrumento abiurationis contētis: ſi que per dyoceſanum iqſitorem aut ab eis
deputatos i poſterum i libris eiſdē cōperte fuerint: ⁊ dictis iudeis priꝰ intimate illas abradi: aboleri ⁊ in
totum deleri per eoſdem iudeos de dictis libris īfra vnius menſis ſpaciuꝫ poſt p̄ceptuꝫ ſup hoc eis fien-
dum ſub ſimili pena iubemus. Libris vero eiſdē oībus ſic correctis necnō legalibꝰ ⁊ alijs nō prohibitis
vel damnatis ipſos libere vti ꝑmittimꝰ ⁊ ꝑ officiarios noſtros ſine quacunqꝫ moleſtia ꝑmittimꝰ ⁊ mādā-
mus. Si vero ꝯtingat ipſos iudeos vel eorum aliquem libros īcorrectos emere: illos ante omnem vſum
ſtatim inquiſitori ⁊ ordinario: vel eoꝝ deputatis: ac caſtellano noſtro loci teneantur exhibere ad diē hu-
iuſmodi exhibitionis in vnum menſem ex tunc continue numerandum omnes ⁊ ſingulos errores p̄dictos
ſi qui in ipſis emptis contineri reperiant̄ ab ipſis libris oīno delere: radere ⁊ abſtergere ſub eadē pena ꝓ
hibemꝰ. Jnhibētes p̄dictis caſtellanis ⁊ officiarijs nr̄is ne pro libroꝝ dictorum viſitatione vel exhibitio
ne aut alias occaſione p̄miſſorum quicq̄ꝫ ab ipis iudeis vel eorum altero p̄ſumant exiger̄ vel extorquere.
¶ Saluis tamē ⁊ remanentibus ordinationibus apoſtolicis ſi que forte ampliores ſuper his facte cōpe-
riantur ad quas plenarie obſeruandum conſtito prius legitime de eiſdem dictos iudeos infra quattuor
menſium ſpacium a die intimationis ipſius inquiſitoris vel ordinaria auctoritate fienda: ſub pena ſimili
teneri: hoc edicto noſtro decernimus ⁊ declaramus. Premiſſis autem dillationibus pendentibus ipſos
iudeos quouiſmodo moleſtari premiſſorum occaſione per officiarios noſtros prohibemus.

### ¶ Nullus chriſtianus iudeis in cohabitando ſeruire preſumat: nec in diebus dominicis nec ⁊ feſtiuis cum eis colloquia tractatus habere.

QUia mores formantur ex conuictu ⁊ a malorum conſortijs boni frequenter corrumpunt̄ indecens
quoqꝫ eſt vt filij libere famulent̄ ancille. Hoc edicto ꝓhibemꝰ vniuerſis ⁊ ſingulis chriſtianis vtri
uſqꝫ ſexus ſubditis noſtris nec deinceps cū iudeis aut eorum aliquo cauſa famulādi liberos eoꝝ nec nu-
triendi: vel quacunqꝫ alia cohabitatione p̄ſumāt: nec in diebus dominicis aut alijs anni feſtiuitatibꝰ ſolē
nitatibus que collūtur ſicut dies dominica: ⁊ in quibus per ſtatuta noſtra fori ⁊ nūdine exerceri prohibē
tur cum ipſis iudeis vel aliquo eorum quicq̄ꝫ contrahere ſeu aliquem contractū vel colloquiū habere de
vendendo vel emendo aut alias negociādo: neqꝫ pro ipſis iudeis quicq̄ꝫ facere. Sub pena carceris trium
dierū in victu tam panis q̄ꝫ aque per quēlibet tam xp̄ianum q̄ꝫ iudeum vtriuſqꝫ ſexus contrafacienteꝫ to
ties quoties eius edicti noſtri tranſgreſſor reperiet̄ irremiſſibiliter ſubeūda: Et per caſtelanū ſeu officia-
rium loci tranſgreſſionis conſtito prius clare de delicto protinus exequenda: per hoc non intendentes
prohibere: nec prohibemus Chriſtiano quin alijs diebus non feriatis ad honorem dei vel ſanctorum vt
prefertur licite valeant pro predictis iudeis operari: laborare: conducere: aut alias debite negociari. cir-
ca autem cohabitationem ipſorum iudeorum ⁊ conuerſationem in cibo et potu: quocunqꝫ per ipſos iu-
deos iuxta mercede debita ad ſua opera ſeu negocia exercenda vocabuntur ſeu requirentur: ita tamen
quod nullo modo intra vel extra domos ipſorum iudeorum liberos eorum nutrire preſumant ſub pena
predicta.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

¶ Judeis non liceat emere vel palpare vaſa ſacra nec alia emere ſine preſentia teſtium vel ſine publico inſtrumento.

Multis referentibus didicimus ꝙ iudei in ſuis mercantijs actiue ꝛ paſſiue multifarias fraudes ſolent committere: res furtiuas emere. Et quod deo contumelioſum eſt calices ꝛ patenas: ceteraqꝫ vaſa ꝛ ornamenta deo conſacrata ꝛ benedicta ſibi per fures aut alios vendentes exibitos manibus eorũ prophanis ꝛ pollutis palpare ꝛ frangere. Preſumptionibus huiuſmodi obuiare volentes omnibus et ſingulis chriſtianis vaſa: iocalia: ſeu veſtimenta ſacra. Etiam in caſu licite alienationis iudeis vendere vel alias traddere: ſub pena blaſſemorum ſupradicta ſpecialiter inhibemus. Judeis vero ſub pena furti: vel aliq̃ ſacra vl' nõ ſacra vaſa: vel iocalia auri argẽti gẽmarũ veſtimentorũ vel aliarum ſpecieruꝫ quaruncunque ipſis vel eorum alteri traddenda venalia per perſonas ſuſpectas vt puta per occultos ꝛ clandeſtinationis venditores: Seu qui res ipſas minori precio quo res ipſe communiter poſſent vendi: ꝛ ex quo ſimiliter fraus poſſit ipſis iudeis vendendas exibebunt. emere preſumant niſi in preſentia fidedignoruꝫ teſtium ſaltem trium: aut per publicum inſtrumentum manu notarij bone fame receptum. Qui quideꝫ notarius ꝛ teſtes ſint noti in loco huiuſmodi emptionis caſtellanis ſeu officiarijs locorum in quibus talia ſiue per xpianuꝫ ſiue p iudeum committi contigerit: generali hoc edicto: mandantes quatenus chriſtianos et iudeos huius edicti tranſgreſſores conſtito de delicto perſonaliter capiantur. Et ſecundum perſonarum ꝛ delictorum qualitatem puniant iuſtitia mediante.

¶ Judeis prohibetur omnino exercitium vſurarum.

Et ſi premiſſis modis iudei chriſtianis nocere attemptent. quanto magis vſurarum voragine: qui nedum de ſuis proprijs pecunijs fenerantur: ſed ſe damnabiliter exibent aliorum occultorum vſurariorum in hac arte factores. Sicut igitur vſuras edicto generali inter cunctos ſubditos noſtros prohibemus. Jta ipſis omnibus ꝛ ſingulis vtriuſqꝫ ſexus iudeis omnem ſpeciem vſure publice uel occulte ſub quacunque contractuum forma ficticia: ſimulata: ſeu vallata: ꝛ alias quomodolibet dicere: vel indirecte: in tota patria noſtra exercere prohibemus. Sub pena relegationis perpetue reſtitutione vſuraruꝫ extortarum: prius damna paſſis fienda precedente.

¶ Conuerſi de iudaiſmo ad fidem non debent cum iudeis conuerſari.

Jn fidei noſtre fauorem ꝛ diui ne maieſtatis honorem: ne boni a malis contaminentur. Statuimus ne quis neophitus aut conuerſus a iudaiſmo ad fidem deinceps cum iudeis communioneꝫ ſeorſuꝫ ꝛ ſecrete habere preſumat: niſi preſente aliquo chriſtiano fideli ꝛ honeſto. qui omnia ꝛ ſingula de quibꝰ loquentur debeat intelligere ne illorum participatio ad priſtinam perfidiam peruertatur: Sub pena blaſſemorum iudeorum ſuperius annotata.

¶ Conuerſi a iudaiſmo ad fidem non debent bonis ſuis priuari.

Ad eoſdem fauorem ꝛ honorem diſtricte prohibemus omnibꝰ ꝛ ſingulis caſtellanis ꝛ officiarijs patrie noſtre penes quos aliquem vel aliquos iudeos ad fidem noſtram ſacram conuerti contingerit ne huiuſmodi couerſos a ſuis rebus ꝛ poſſeſſionibus ac hereditatum portionibus excludi vel alias indebite perturbari permittant per quenq̃ ſed potiꝰ eos in illis tueanṫ ꝛ defendãt cum melioris conditionis ad fidem conuerſos eſſe oporteat: ꝙ ante conuerſionem exiſterẽt. Salua tamẽ reſtitutiõe vſuraꝝ fienda ꝛ ſup bonis huiuſmodi conuerſorũ damna paſſis ſi q̃ ipſis ꝯuerſi ante ꝯuerſionẽ exercuiſſe probẽtur.

¶ Judei ſubiciuntur criminaliter ꝛ ciuiliter iuriſdictioni iudicum ordinariorum locorum domicilij delicti vel contractus.

Vt autem dicti iudei patriam noſtram habitantes ac habitaturi viuant ſicut ꝛ ceteri ſubditi noſtri ſub iuſtitie diſciplina ꝛ ſtatutorũ noſtrorum obſeruantia ſtatuimꝰ ꝙ deinceps predicti iudei ciuiliter ꝛ criminaliter ſubijciãtur foro diſtrictui ꝛ iuriſditioni iudicũ ordinariorũ tẽporaliũ locorũ patrie noſtre in qbus fouẽt ꝛ fouebũt ſua domicilia: aut cõtrahent ſeu delinquent vel quaſi iuxta iuris cõis diſpoſitionem ꝛ noſtrorum ſtatutorum decreta.

¶ Nulli chriſtiano licebit cum iudeo contra hec ſtatuta quicquam impetrare: ꝛ ſi quid impetratum fuerit nullum erit.



Nullus Chriſtianꝰ vel iudeꝰ deinceps preſumat ad nos accedere ſupplicaturꝰ: aut alias interceſſurus ad impetrandum a nobis quicquam predictis ſtatutis noſtris contrarium. Chriſtianus ſub indignationis noſtre. Judeus vero ſub relegationis perpetue a tota patria noſtra pena irremiſſibili. Et ſi forſan propter iportunam inſtantiam vel alias inaduertenter quicquã in cõtrarium dictorum ſtatutoruꝫ contingat generaliter vel ſpecialiter a nobis impetrari in ſcriptis vel ſine ſcriptis ipſo iure ſit nullum: caſſum ꝛ irritum: pro nullo caſſo ꝛ irrito ꝛ non conceſſo volumus ꝛ mandamus non obſeruari.

¶ De obſeruantia diuinorum preceptorum ꝛ ſpecialiter ꝛ cultu diei dominice ꝛ feſtorum.

Ad obedientiam ꝛ obſeruantiam omnium diuinorũ preceptorum deſiderabiliter ſup aurũ ꝛ argentum pre cũtis affectibꝰ deſideramꝰ nos ꝛ noſtrates fore ſolicitos ꝛ attẽtos: vt in cuſtodiẽdis illis retributio ꝛ pax multa ſubſequatur. Et quia frequentiꝰ ĩ fractione cultus diei dominice ꝛ feſtoꝝ ſolemnium diuina maieſtas offendiṫ: ſtatuimꝰ ꝛ diſtricte mãdamꝰ cultum ipſum dierum dominicarum ꝛ feſtiuitatũ ſolemnium: vt puta natiuitatis: circonciſionis: epyphanie: Annunciationis: aſſumptionis: ꝛ euchariſtie Chriſti: nec non aſcenſionis eiuſdem: Natiuitatis purificationis: ꝛ cõceptionis beate Marie virginis. natiuitatis beati Joãnis baptiſte. nataliciorum quoqꝫ duodecim apoſtoloruꝫ. Beate Marie magdalene: ſanctorum Stephani innocentium. Laurentij martyris: Martini cõfeſſoris. feſtiuitatũ ſancti michaelis ꝛ omnium ſanctorũ: Inuẽtionis ꝛ exaltationis ſancte crucis: Patroni etiam ꝛ dedicationis cuiuſlibet eccleſie in loco ſuo duorũqꝫ dierũ ſolemnitatis paſce ꝛ penthecoſtes immediate ſequentium. Et aliorum dierũ ſolẽniũ per ſanctam matrem eccleſiã dedicatoruꝫ ab omnibꝰ ſubditis noſtris mediatis et immediatis ac etiã aduenis ĩtra patriã noſtrã. habitantibꝰ vel accedentibꝰ inuiolabiliter obſeruari. Jta ꝙ in ipſis diebꝰ dominicis ꝛ feſtiuis nulle perſone cuiuſcunqꝫ ſtatus. liceat aliquod opꝰ ſeruile exercere nundinas vel foros celebrare nec aliquas res ſeu merchãtias cuiuſcũqꝫ ſpeciei etiã victualia: Pane vino ꝛ carnibꝰ coctis fructibꝰ ꝛ herbis dũtaxat exceptis vẽdere vel emere niſi infirmis pſonis extraneis: ſupuenientibꝰ ipſis diebꝰ dominicis vel feſtiuis victualia: vel medicinas tantũmodo. excepto quo ad carnes recẽtes vẽdẽdas tẽpore eſtiuo: Videlicet a paſcha vſqꝫ ad feſtũ ſãcti Michaelis: Si forſan aliquod ex dictis feſtis in die ſabbati vel lune contingat euenire: tunc liceat macellatoribꝰ altero dictoꝝ dieruꝫ ſabbati vel lune animalia excoriare ꝛ vẽdere. Ne carnes corrupte propter tales ꝛ pluriũ dierũ feſtiuorũ continuoꝝ occurrentium venales exponanṫ. Notarijs etiã nõ liceat inſtrumẽta ſiue litteras cõtractuũ aut aliorũ negocioꝝ recipere: exceptis inſtrumentis teſtamẽtorũ codicillorũ cõpromiſſorũ. pacis treugarum tranſactionũ et ꝯcordiarũ matrimonioꝝ ꝛ ſimiliũ contractuũ pioruꝫ barbitonſoribꝰ barbas radere dictis diebꝰ nõ liceat vel ſanguinẽ: niſi in neceſſitatis articulo minuere. Nulliqꝫ pſone quibuſcũqꝫ ludis etiam pmiſſis ſpectaculis vel corbeis ante celebrationẽ maioris miſſe: vel dum ſermo diuinꝰ fiet in loco: aut officiũ veſpertinum celebrabitur liceat vacare vel itereſſe. Sub pena incarceratiõis p vnũ diẽ naturalẽ in victu panis ꝛ aque: aut trium groſſoꝝ monete noſtre ſtatim ſoluẽdorũ in manu caſtellani ſeu officiarij loci. Et ad vſus pauperum ꝛ per modos. in capitulo de maledicis ꝛ blaſſemis declaratos diſtribuendorum p quãcunqꝫ perſonam contra premiſſa vel aliquod premiſſorum facere preſumentem irremiſſibiliter ſubiicienda.

¶ Ne in eccleſijs cimiterijs ꝛ locis ſacris exerceantur mondana.

Ne decor domꝰ dei ab actibꝰ mundanis prophaneṫ: hoc edicto ppetuo prohibemus ne in eccleſijs cimiterijs aut alijs locis ſacris teneãṫ vel obſeruẽṫ: curie ſeu platee nec teſtes examinẽtur mercãtie vel q̃cunque res ad vendẽdum ibidẽ non reponanṫ vendãtur vel emanṫ: ſub pena in proxio precedenti capitulo per quãcunqꝫ perſonam contrafacientem ſupportanda.

¶ Ne liceat cuiquam ĩ lapidibus vel boſcho crucem ſculpere.

Cum magnus honor ꝛ reuerentia ſigno ſancte crucis debeatur ad laudem illius qui pro ſalute noſtra pependit in ea: ne honor huiuſmodi in contumeliam conuertatur. Jnhibemus ſub pena carceris trium dierum continuorum in victu panis ꝛ aque omnibus ꝛ ſingulis lapidum: vel lignorum inciſoribus. Pictoribus aut alijs quibuſcunqꝫ perſonis. Ne deinceps ſignum venerabile ſancte crucis in lapidibus marmoreis: vel alijs ſeu fuſtibus inſculpere vel depingere preſumant ſuper tumulos aut ſepulcra

vel alibi vbi poſſit ipſiꝰ ſancte crucis effigies pedibꝰ cõculcari. Mandantes inſuper vniuerſis ⁊ ſingulis perſonis quaꝝ ſunt lapides vel fuſtes: in quibꝰ ſignum ſancte crucis modo ꝑdicto eſt inſculptū vel depictum. Quatenus infra duos mẽſes poſt publicationẽ huiꝰ edicti huiuſmodi ſignum ſancte crucis penitꝰ deleri faciant. Sic ꝙ eius impreſſio ibidẽ non poſſit apparere: Sub pena predicta.

¶ Ne in baptiſmate ⁊ deſponſationibus alique truffe fiant.

AD compeſcendos nõnullorum mores qui dum exorcizãtur infantes in baptiſmate ĩ valuis eccleſiarum dum etiã fiunt deſpõſationes coniugũ: benedictioneſqꝫ eis dant: verbis indecentibꝰ necnõ ꝑcuſſionibus ⁊ tumultis ſacramentorum predictorum celebrationem turbare preſumunt. Has ⁊ ſimiles turbationes verbo vel facto in predictorum vel aliorum celebratione diuinorũ officiorũ ꝑ quẽcunqꝫ ſubditorum noſtrorum cuiuſcunqꝫ ſtatus fuerit deinceps fieri prohibemus cuilibet nobili: ciui. burgenſi vel alias potẽti: ſub pena vigintiquinqꝫ ſolidorum: Cuilibet vero ceterorũ inferiorũ ſub pena quinqꝫ ſolidorum fortiũ ipſo facto per quencunqꝫ huius edicti noſtri tranſgreſſorem cõmittenda ⁊ ad vſus pios iuxta modũ, ⁊ formam in capitulo de blaſfemis declaratos exigenda ⁊ declaranda.

¶ Ne fiant laruaria in deſponſationibus vel aliter.

LAruarum ⁊ monſtruoſarum ludibria tranſformationem quas nonnulli incõtemptũ ⁊ offenſam coniugalis ſacramenti ⁊ cõiugũ faciendo vel deinceps legitime nubentium exercere non verentur vulgariter chauramari nuncupata necnõ deteſtabiles quorundam qui ĩ certis annis feſtiuitatibꝰ ſanctorũ: ⁊ maxime ſanctorum nicolai ⁊ Katerine vel circa in ſpeciem diabolorum ꝑ habitꝰ difformes ſeipſos trãſfigurant arma interius ⁊ exterius portantes per foros: per nundinas vicos ⁊ plateas ciuitatum villarum ⁊ locorum patrie noſtre: cum ruina diſcurrentes ⁊ deambulantes: agricolas ⁊ ceteras perſonas ſimplices ⁊ quietas violẽter pignorantes: arripiẽtes interdũ ꝑcutientes: ⁊ ad ſe redimẽdũ ſeu dandum eis pecunias cogentes: plureſqꝫ alias iniurias irrogantes tãq̃ dei ⁊ hominum offẽſiuos penitus cõdemnamꝰ Et ea per quoſcũqꝫ ſubditos noſtros de cetero ĩ perpetuum fieri prohibemus. ſub pena vigintiquinqꝫ ſolidorum fortium per quemlibet huius noſtre prohibitionis tranſgreſſionem committenda. ⁊ ſtatim per officiarium loci in quo continget huiuſmodi trãſgreſſionem fieri ipſo facto a quolibet tranſgreſſore exigenda ⁊ in vſus pios. ⁊ ad modum in capitulo de maledicis ⁊ blaſfemis ſupraſcriptos declaratos penitꝰ conuertenda. Et vt tales monſtruoſi cognoſci ⁊ ab eis pena predicta exigi valeat ipſos omnes in huiuſmodi difformitatis habitibus repertis cuiuſcunqꝫ ſtatus fuerint volumus ⁊ precipimus per caſtellanũ ſeu officiarium loci ſtatim capi: ⁊ eorum vultus velatos diſcoperiri: Et ſi qui reſiſtere preſumpſerint: in carcerem firmum retrudi per tres dies: vltra penam pecuniariam ſupradictam: Si vero aliqui eccleſiaſtici ſiue clerici ſoluti inter tales ludibrietates reperti fuerint: ad ſuum ordinatorem ſtatim remittantur iuxta demerita puniendi: Per hoc tamen non intendimus prohibere iocos honeſtos: ⁊ ſanctarũ hyſtoriarum repreſentationes aut alios morales ac iocundos: dummodo fiant cum debito honeſtatis moderamine: ⁊ ſine quacunqꝫ iniuria diuina vel humana.

¶ De modo tenendi capellas mundas. Et ꝙ penſiones ſoluantur.

QUia ad noſtram multis referentibꝰ deductum eſt notitiam: quod nonnulli capellarum noſtrarum in caſtris ⁊ alijs locis noſtris per nos ſeu predeceſſores noſtros fundatarum rectores: quarũ huiuſmodi fundationum ⁊ dotationum pretextu iuſpatronatus ad nos ⁊ noſtros ꝑtinere dignoſcitur in celebratione miſſarum ibidem celebrari ordinatarum deficiunt interdum ſe ſuper hoc excuſantes. Quod caſtellani noſtri ipſis rectoribus penſiones annuas dotales vice noſtra non perſoluunt licet ſepius requiſiti: Omnibus ⁊ ſingulis caſtellanis noſtris penes quorum officia in caſtris vel extra predicte capelle ſũt fundate ſub pena dupli fiſco noſtro applicanda diſtricte mandamus quatenus caſtellani de penſionibꝰ annualibus dotalibus ſibi debitis omni exceptione ⁊ contradictione ceſſante ſingulis annis terminis conſuetis intrande ſatiſfaciant ſine fraude. Sic ꝙ ipſi capellani nullam cauſam deficiendi in ipſarũ miſſarum celebratione valeant pretendere. Et ſi forſan dicti caſtellani in ſolutione dictarum penſionum deficiant terminis conſuetis predictos capellanos ad nos recurrere volumus contra dictos caſtellanos. Si vero dicti capellani in celebratione dictarum miſſarum deficiant defectum huiuſmodi infra quindecim dies ex tũc proxime ſequentes dicti caſtellani nobis ſignificent per litteras vel veniãt ꝑſonaliter relaturi ĩ vt ipos capellãos ſic deficiẽtes ipis capellis nr̃is iuſticia mediãte ꝓuari faciamꝰ ⁊ alios idõeos ꝑſbiteros ſubrogari



ſubrogari. Mandantes inſuper ipſis caſtellanis ſub pena decem librarum per quemlibet eorum contra facientem committenda ⁊ fiſco noſtro applicanda: quatenus ipſas capellas noſtras intra caſtra fundatas mundas teneant nihilqꝫ prophanum vel mundanum intra eas reponere preſumant.

¶ Explicit liber primus.

¶ Incipit liber Secundus: Decretorum dominicalium.

¶ Doctrina domini ad liberos ⁊ ſucceſſores.

PAterne dilectiõis ⁊ diſcipline erga chariſſimos liberos heredes ⁊ ſucceſſores noſtros illuſtres exoluere volentes debitum vt tenemur eiſdẽ ⁊ eorum ſingulis conſulimus ⁊ totis precordijs imperamus Quatenus inclite memorie patrum noſtrorum imitatores: catholice fidei integritatẽ: diuinumqꝫ cultum in ſe ⁊ ſuos precipue ⁊ firmiter obſeruare ⁊ fouere ſtudeant ſub diuinorum obedientia preceptorꝝ: humiliter ⁊ deuote viuãt: a ſuꝑbia: auaritia: luxuria: gula, ⁊ ceteris vitijs immaculatos ſe teneant: virtutũ theologicarũ ⁊ moralium exercitijs inuigilent. In iuſticia recti ſint: ⁊ conſtãtes a ſeueritate temperati: a vindicte motibus refrenati. In miſericordia clemẽtes. In exactionibꝰ modeſti. ſubditorꝝ amatores bonorũ fautores. malorꝝ correctores: pacis zelatores: bellorꝝ iniuſtorũ exoſi. Sapientium ⁊ proborũ conſiliariorũ ac officiariorum electores adulterorum ⁊ cupidorum contemptores. ⁊ continue ſecuritatis obſeruatores vt ſabaudia ethymologiã ſui nõis q̃ eſt ſalua via inter ſubditos ⁊ exteros operis plenitudine retineat. Et ꝑmiſſorꝝ executione ſolicita placatꝰ rex celeſtis q non deſerit niſi deſerat ipſorꝝ liberorꝝ ac ſucceſſorum ſubditorũ noſtrorum ſtatum pacificum ⁊ proſperum cõſeruet ⁊ amplificet in longeuum.

¶ De conſilio domini ſecum reſidente de qualitate perſone ⁊ iuramento canzellarij.

AD officij canzelarie noſtri nobiſcum reſidentis conſilij curam porrigentem ordinari ⁊ aſſumi decernimus ⁊ ſancimus virum ſcientia legum conſilijſqꝫ pollentem moribus: prudentia: conſtantiaqꝫ ꝓbatum ex deliberatione procerum ⁊ aliorũ de noſtro conſilio. Cum autem ipſe canzelarius noſter ad huiuſcemodi officij adminiſtrationem aſſumet iuſiurandum ꝙ preſtare decernitur in iure ab his qui adminiſtrationem accipiunt preſtabit. Et eum iubemus vt ſequitur.

¶ Forma iuramenti.

IUro ego per deum omnipotentem ad euangelia dei ſancta hic preſentia puram conſcientiã germanumqꝫ ſeruitium me ſeruaturũ illuſtriſſimo principi noſtro Amedeo duci ſabaudie domino meo occaſione mihi tradite ab eo adminiſtrationis ⁊ officij canzelarie ⁊ omnẽ laborẽ ſeu ſudorẽ cũ fauore: ſine dolo ⁊ quacunqꝫ mala arte ſuſcipio. In commiſſa mihi ab eo adminiſtratiõe de eius dominio atqꝫ re pu. Nec ſuadebo ipſi domino meo duci in fauorem vel odium alterius: ſeu alias aliquid contra veritatẽ ⁊ iuſticiam quod cedat vel cedere poſſit in ipſius domini mei ducis anime ⁊ honoris diſpendium vel alterius detrimentum cum ſentiam tacite vel expreſſe ꝑ alium ſuaderi: ſed ꝓut fuerit poſſibile obuiabo.

Iuro quoqꝫ quod penitus nulli dedi neqꝫ dabo per me vel alium occaſione dicti mei officij canzelarie: vel promiſi dare alicui conſiliariorum vel officiariorum dicti domini mei: vel eorũ qui circa eos ſunt aliquid vt mihi procurarent: vel eſſent fauorabiles ⁊ interceſſores pro dicto officio habendo. Sed ſine omni prece precio ⁊ ſuffragio percipio ipſum officium canzelarie ⁊ adminiſtrationem. Quod me pure ſic exhibebo circa ſubiectos dicti domini mei ducis cõtentus his ſtipendijs que ſtatuta ſunt ab ipſo domino meo. Et vigilanter inſpiciam fiſchalia iura: ⁊ ero diligens circa illa. Inobediẽteſqꝫ corrigam: obediẽtes vero cum omni amore tractabo: ⁊ illeſos ꝑ poſſe cuſtodiam. Nihil a ſubditis ad lucrum cõſiderãs accipiam: aut per gratiã vel odium exigam: equus in cauſis vtriqꝫ parti ⁊ in publicis diſciplinis ero ⁊ in iudicãdo iura ⁊ ſtatuta dicta domini mei: ⁊ oẽm iuſticiã ꝑ poſſe ſeruabo. Et ſi repiero fiſchũ iniuſticiam pati nõ paciar. Et alia faciã ⁊ obſeruabo pure ſine fraude quantum poſſibile mihi fuerit q̃ ad dictum officium ⁊ cõmiſſam mihi adminiſtrationẽ ſecundum cõmunem veritatẽ ⁊ iuſticiã pertinẽt ⁊ incumbunt.

¶ De officio canzelarij quo ad ſigilla ⁊ eorum emolumenta onera ⁊ computum.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

STatuimus canzelarium noſtrũ preſidere in cõſiſtorio ſeu curia noſtri nobiſcum reſidẽtis conſilij: ⁊ penes ipſum eſſe eũq₃ cuſtodire ſigilla noſtra: ⁊ taliter ea cõſeruare ꝙ nullus alius p̄ter eum: vel ipſo iubente ⁊ p̄ſente ⁊ ſigillet aut ſigillare poſſit aliquã litteram vel ſcripturam debet cum altero dictorum ſigillorum: q̄q₃ ipſe cãzelarius noſter viſitet ⁊ inſpiciat ⁊ deinde ſigillet litteras: acta: ſententias ⁊ ſcripturas q̄ ꝓcedent a nobis ⁊ dicta curia noſtra que ſigillari debebunt ⁊ videbit ſigillanda. Que aũt videbit reſcribẽda reſcribi faciat: ⁊ q̄ arbitrabitur canzelãda canzelet ⁊ ãnullet. Ipſumq₃ cãzelarium noſtrũ p̄ aliquem eius fidelẽ ſeruitorem quẽ ad hoc elegerit exigendi emolumenta predictorũ ſigillorũ noſtrorum curam habere iuxta modum ⁊ taxam in titulo de taxationibus ſigillorũ inferius ordinandã iubemus. De pecunijſq₃ ipſoꝝ emolumentorũ ſigillorum ſoluere ſibi ipſi canzelario ſalarium ſuũ qḋ fuerit ſibi p̄ nr̃as patentes litteras conſtitutum. Ordinamus: necnõ ſupportare ⁊ expedire oẽs meſſagerias a curia noſtra per ⁊ infra totã patriam noſtrã fiendas. Et de receptis ⁊ deliberatis p̄ eum ſeu ab eo deputatum ipſuȝ cãzelarium nobis fideliter ex integro in camera noſtra cõputorum corã magiſtris ⁊ auditorbus ipſoꝝ cõputorũ ãno quolibet computare ⁊ rationẽ reddere iubemus teneri. Quos q̄dẽ cõputos p̄ receptores ipſorũ cõputorũ fieri ⁊ expediri volumus ⁊ mandamus ſine coſtu. Et ne ſupplicãtes litigãtes ⁊ alij negociantes in dicta curia noſtra ex tardatione ſigillationis litterarũ ſeu ſcripturarũ ſuarũ ibidẽ expeditarũ grauẽtur: hoc edicto decernimus ꝙ dictus canzelarius omni hora ſibi congrua ſaltem ſemel in qualibet die in domo ſue habitatiõis vel alibi loco honeſto: huiuſmodi litteras: acta ⁊ ſcripturas ĩ dicta curia noſtra vſq₃ ad ſigillationem expeditas ſigillare teneatur.

## ¶ De qualitate collateralium ⁊ eorum iuramento.

COllaterales ad iuſticie cultum cum canzelario noſtro in noſtra predicta curia conſilij noſtri nobiſcum reſidentis eſſe volumus ⁊ ordinamus: viros probate vite: morales ſcientia: prudentia ⁊ probitate doctatos ⁊ pollentes de dicto conſilio adminus duos in ipſo cõſilio reſidentes doctores aut iuriſperitos: qui non ambitione vel precio aut fauore: ſed qui teſtimonio ipſius canzelarij noſtri ⁊ deliberatiõe noſtri cõſilij idonei promoueri ad hoc videbũt. Qui q̄dem collaterales cum aſſumentur iurẽt ⁊ iurare teneantur ꝙ pro ipſa promotione: ⁊ vt aſſumerẽtur in collaterales: neq₃ dederunt quidpiã: neq₃ ſe daturos vnq̄ poſtmodum fore: ſiue p̄ ſe ſiue per interpoſitam perſonam in fraudem legis preſtitiq₃ per eos ſacramenti donationis: venditionis vel titulo: aut alio velamento cuiuſcunq₃ cõtractus. Et ob hoc officium: exceptis ſalarijs eis conſtitutis nihil penitus tã ipſis in ipſo officio exiſtẽtibus q̄ꝫ poſt depoſitum officiũ pro aliquo tẽpore dicti officij: beneficio preſtito per eos vel alias gratuito dono a ſubditis recepturos p̄ ſe familiareſq₃ ſuos ⁊ ſeruitores aut coniunctas perſonas: niſi ꝙ pro eſculento aut poculẽdo victus quottidiani cauſa donatum eis fuerit gratuite: ꝙ infra paucos dies expendi poterit. Quodq₃ nobis erũt fideles in omnibus: ⁊ fidele ſecundum ſuam conſcientiam dabunt conſilium: omni ſiniſtra affectione ceſſante Et in cauſis ⁊ de his q̄ ad iuſticiam pertinent: erunt equi partibus: vtriq₃ iuſticiam ſine acceptatione perſonarum ſeruantes. Et alias prout cõſiliarios noſtros iurare eſt ſtatutuȝ. Et omnia ſecundum veritatem ⁊ iuſticiam agere: que ad ipſorum collateralium officium ⁊ ad iuſticie cultum ⁊ adminiſtrationem pertinẽt ⁊ incumbunt quantum poſſibile eis fuerit.

## ¶ De ſalarijs ⁊ ſolutione ſalariorum ipſorum collateralium.

AD condignam laboris mercedeȝ ſtatuimus predictos collaterales fore decẽter ſalariatos. Et ipſis collateralibus ſalaria huiuſmodi in litteris ſuarum creationum deſcripta per theſaurarium noſtrũ ſingulis annis ſolui realiter ſine mora qualibet: duobus terminis ſcilicet medietatem in principio anni. ⁊ aliam medietatem in medio: precepimus ⁊ mandamus: ſub pena per dictum theſaurarium committẽda ſi in ſolutione ipſorum ſalariorum fuerit contumax ⁊ moroſus decem librarum fortium fiſco nr̃o applicanda ⁊ in camera cõputorum noſtrorum cum ipſe theſaurarius tunc computabit in fine cõputi in recepta p̄ magiſtros ⁊ auditores ipſoꝝ computorum intranda ⁊ allocanda. Et nihilominus ipſi dictorum collateralium in cuius ſalarij ſolutione moroſus extiterit dictus theſaurarius ad expẽſas ⁊ intereſſe occaſione ſalarij ſibi nõ ſoluti ſubſtentas ipſum theſaurarium noſtrum teneri decernimus.

## ¶ De qualitate ⁊ iuramento conſiliariorum laycorum.

DIſponimus vltra canzelarium ⁊ eius collaterales eſſeq₃ ſtatuimus in noſtro nobiſcũ reſidẽte conſilio alios conſiliarios barones: milites: nobiles: ⁊ alios inſignes laycos tam in armis: q̄ꝫ in alijs

arduis



arduis negocijs: ſtrenuos ⁊ circũſpectos: prudentes: fideles: ⁊ probos erga nos ⁊ ſtatum noſtrũ illuſtriũq₃ liberorum noſtrorum ac totius rei publice: curam in omnibus ⁊ ſingulis in quibus expediet ſolicitos ⁊ attentos. Quos tñ cũ ĩ numero conſiliariorũ nr̃oꝝ aſſumentur iurare precipimus: ⁊ iuriiurando aſtringi eſſe nobis: ⁊ dictis illuſtribus filijs noſtris fideles. Et cum eorum conſilia exquirentur a nobis in noſtris conſilijs vel extra: fidele nobis prebere conſilium in votuȝ ſuum ſeu opinionem dicere ſecundũ deuȝ veritatem ⁊ iuſtitiam ſuãq₃ conſcientiam: non ex inordinato affectu nobis vel alteri complacendi aut alicui diſplicendi neq₃ amore: odio: timore: vel fauore: aut reſpectu vel occaſione premij commodi vel incõmodi ſui vel alteri⁹. Sed corde puro ⁊ ſincera mẽte oĩ ſiniſtra affectiõe: fictiõe ſimulatiõe ⁊ malo ingenio prece vel precio poſtpoſitis penitus ceſſantibus. Necnõ ⁊ conſilia noſtra tenere ſecreta ⁊ nulli vnquaȝ hominum illa reuelare ſine noſtri ſpecialibus licentia conſenſu vel mandato. Nullaſq₃ conuenticulas vel ligas aut vniones particulares illicitas publicas vel occultas inuicem habere facereq₃ vel fieri promouere: aut ꝙ fiat conſentire. Et ſi que vniones vel conuenticule huiuſmodi hactenus fuerint inter eos habite vel contracte ab ipſis omnino recedere ⁊ nunquam illis vti. Et inſuper nobis in conſilio publico vel ſecreto non ſuadere aliquid vel alias requirere in fauorem vel odium aut damnum alterius quod fuerit iniquum vel iniuſtum ſeu cedat vel cedere poſſit in anime noſtre vel noſtri honoris diſpendium ⁊ alterius detrimentum. Si quis autem noſtri huius ſaluberrimi ſtatuti temerarius violator extiterit noſtram indignationem ſe nouerit incurſurũ. Et cũ ignominia ſe priuatum ipſo facto dicti conſiliariatus honore cognoſcat. Cuius ſceleris velut publici criminis cunctis nobis fidelibus ⁊ ſubditis pateat accuſatio.

## ¶ Ordinatio ad tenendum conſilium mane ⁊ ⁊ poſt meridiem.

PRecipimus ꝙ ſingulis diebus non feriatis ad honorem dei circa ſolis ortum canzelarius noſter cum ceteris ꝯſiliarijs noſtris pro tẽpore nobiſcum reſidentibus alia iuſta cauſa non impeditis fiat initium in palatio caſtri ſeu domo noſtre pro tempore habitationis. Et ad capellam prius ſe transferant ad miſſam ante oĩa reuerenter audiendam. Qua audita in loco idẽ ordinato ad conſilium tenẽdũ conueniant. Et ibi ſuo ordine debito ſedeant: ⁊ maneãt vſq₃ ad finẽ ipſius conſilij: niſi de licentia canzelarij ex cauſa licita inde aliquẽ vel aliquos exire opus eſſet honeſte ſicut expedit ſine murmuratione ⁊ colloquio ⁊ rationib⁹ particularibus pacienter ⁊ ſedulo: audientes cuiuſlibet opinionem atq₃ votum ſine interrũpendo verba eius qui loquet̃. Ibiq₃ deliberent ⁊ conſilium teneant de ⁊ ſup tunc occurrentib⁹ negocijs a canzelario noſtro per memoriale tũc proponendum. Quem quidẽ canzelarium vota ſeu opiniones ſingulorũ exquirere ordine quo arbitrabitur volumus ⁊ iubemus. In huiuſmodi aũt deliberationib⁹ ſeruari volumus hunc ordinem. Videlicet ꝙ primo ſuper illis que ambaxiatas tunc occurrẽtes cõcernet. Secũdo de ⁊ ſuper cõcernentibus iura ⁊ negocia noſtra patrimonialia vel fiſcalia ad maiora ſeu grauiora vbi maius periculum emineret ab illis que celeriori expeditione indigebunt inchoãdo. Et poſt illa negocia ſeu illis nõ obijciẽtibus ſup̄ ſupplicatiõibus ⁊ requeſtis de gratia ⁊ alijs de ⁊ ſup̄ q̄bus nos cõſulere opus fuerit nobis referẽdum deliberẽt ⁊ exeuciãt que ſine noſtri preſentia poterũt cõmode tũc expediri. Et in ſcriptis ad partem redigatur ſuper ſingulis materijs ibidem tractatis liberatio ipſius noſtri cõſilij per alterum ex ſecretarijs noſtris per dictum cãzelarium noſtrũ eligendum. ¶ Poſtmeridiẽ vo hora cõgrua ſecũdũ varietatem tempoꝝ in loco predicto ad cõſilium tenẽdum ordinato ſingulis dieb⁹ predictis per ipſum canzelariũ noſtrũ coram nobis ⁊ alijs cõſiliarijs noſtris predictis qui tũc preſentes fuerint in eodem conſilio quod nobis preſentibus ipſa hora teneri volumus omnia deliberata ⁊ aduiſata in predicto cõſilio matutino. maxie ea q̄ ſine noſtra p̄ſentia non potuerint ſeu debuerint expediri referant. Ut ſuper illis fiat tunc per nos cum dicti noſtri deliberatione cõſilij concluſio ⁊ expeditio opportuna.

## ¶ De expeditione ſupplicatione gratie ⁊ iuſtitie.

CUm ſupplicationes ⁊ requeſte de remiſſionibus ⁊ gratijs. necnon inueſtituris legitimationibus libertatibus officioꝝ conceſſionibus ⁊ ceteris ſup̄ quibus ſine habita nobiſcuȝ cõſultatiõe ſeu noſtra preſentia vel ſpeciali mãdato prouiſio fieri nõ poterit nec debebit oblate fuerint. Et per canzelarium et cõſilium noſtrum inſpecta ⁊ aduiſate nobis illico ſupplicationes huiuſmodi p̄ dictum canzelarium vel ipſo abſente aut alias occupato p̄ alteꝝ ex ſuis collateralibus in primo cõſilio poſt exhibitiõeȝ ipſaꝝ ſupplicationũ ⁊ eaꝝ inſpectionẽ prius fiendam vt preferẽ corã nobis tenendo vel ſaltẽ cum tradite fuerint: ſi res celeritatem expoſcat: ad prouiſiones p̄ nos inde fiendas iubemus preſentari. Ceteras autem ſupplicatiões ⁊ requeſtas iuſticie ſup̄ quibus nõ fuerit opus nos adherere ſiue cõſulere ⁊ ſine noſtri preſentia poterit ꝓuideri expediri volumus ⁊ iubemus p̄ dictum noſtrum cãzelarium vel ab eo abſente aut alias occupato p̄ eius collaterales: aut coꝝ alterũ altero abſente: ꝓut breuius ⁊ melius iuſteq₃ fieri poterit ⁊

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

debebit. Et ſup premiſſis ſupplicationibus iuſtitie ⁊ alijs negocijs pdictum canzelariũ ſeu collaterales expediẽdum vt prefertur celerior fiat puiſio: volumus ⁊ iubem⁹ collaterales pdictos ſingulis dieb⁹ bis inueniri cũ canzelario ſi ⁊ quãdo preſens fuerit in nr̃a curia in domo habitatiõis ipſius canzelarij: alias eo abſente in domo alterius ipſorũ collateralium q in abſentia ipſius cãzelarij ſignetum noſtrũ cuſtodiat horis cõgruis conuenire ad huiuſmodi ſupplicatiões videndas ⁊ puiſiones ad debitas ſup ipſis ficẽdas.

### ¶ Per quos debeant recipi ſupplicationes.

SUpplicationes omnes ⁊ requeſtas ſingulorũ ad curiam noſtram veniẽtium recipi ſtatuimus ⁊ iubemus p canzelarium vel eius collaterales: ſeu alter ex ipſis: aut ſecretarios noſtros puteis offerẽtur: qui illas confeſtim dicto canzelario deferent aduiſandas. Et ſi quas nobis oblatas recipe contigerit illas dicto canzelario dum preſens fuerit in curia noſtra alias in eius abſentia: collaterali ſignetũ noſtrum portanti p aliquem ex nr̃is cõſiliarijs ſimili modo mittere debeamus: extra quam curiam noſtrã ⁊ locũ noſtre reſidentie ſupplicatiões ⁊ litteras quaſcũq; concernentes lites in pdicta curia noſtra iã incohatas expediri ⁊ ſigillari: cauſaſq; quaſlibet audire p quemcunq; hoc edicto ppetuo prohibemus neduz autem in premiſſis verumetiam in omnibus ⁊ ſingulis alijs actis officium canzelarie concernentibus in dicti canzelarij noſtri abſentia: vices eius gerere: officium exercere volumus ⁊ dicernimus illum ex ſuis collateralibus: cui ſignetum noſtrum cõmiſſerimus in abſentia ipſius canzelarij cuſtodiendum.

### ¶ De diſtributione ſupplicationum ⁊ actorum curie dominice.

DIſtributionem ſupplicationũ requeſtarum ſuper quibus erit facta deliberatio ⁊ puiſio necnõ actorũ ⁊ proceſſuum cauſarum tam ciuilium q̃ criminalium que in iudicio dicti noſtri nobiſcum reſidẽtis cõſilij deducentur inter ſecretarios noſtros p dictum canzelarium noſtrum: ⁊ ſi ⁊ quando preſens fuerit in dicta curia noſtra: eo vero abſente p collateralez q ſignetum noſtrum cuſtodiet vt prefertur conſideratione habita ad materias ⁊ negocia tunc decurrentia: diſcretionem ⁊ ſufficientiam cuiuſlibet ipſorꝝ ſecretariorꝝ fieri debite volum⁹ ⁊ iubemus. Et facta huiuſmodi diſtributione ſingulis diebus ⁊ horis opportunis quilibet ipſorum ſecretariorum litteras acta ⁊ ſcripturas diſtributas q̃ breuius poterit ſcribat ⁊ expediat ſupplicantibus litigantibus ⁊ alijs negociantibus ſine mora.

### ¶ Per quos debeant cauſe audiri.

CAuſas ⁊ littes tam ciuiles q̃ criminales: patrimonialeſq; ⁊ fiſcales que in noſtra predicta curia audientur: cognoſcentur ⁊ terminabunt audire ſingulis diebus ad honorem dei non feriatis in loco electi tribunalis noſtre reſidentie ⁊ nõ alibi: ⁊ de illis cognoſcere iudicare ⁊ ius vnicuiq; reddere ſtatuimus ⁊ ordinamus canzelarium noſtrum vna cũ ſuis collateralibus ſi ⁊ quando preſens fuerit in noſtra curia ad media tamen cauſarũ ipſarũ audiẽda dictum canzelarium noſtrum cum commode vacare non poterit nõ eſſe aſtrictũ decernimus. In abſentia vero ipſius cãzelarij pdicti collaterales vel eorꝝ alter p tũc reſidẽs altero abſente cauſas huiuſmodi audire: decidere: ⁊ diffinire teneãtur preſentibus cõſiliarijs nr̃is alijs: ſi qui ad hoc voluerint intereſſe. Litium aũt diſcrimina de medio noſtrorꝝ ſubditorꝝ auferre cupiẽtes: ſicut iure cauet ſic fieri ſtatuimus: q dictarũ cauſarꝝ auditores in litis exordio poſt porrectas: ſupplicationes libellos oblatos: aut alias factas petitiões: liteq; pendente: partes litigantes ſepius moneãt ⁊ hortent ad concordiam amicabilem. Ad quã ſi ipſe partes conſenſerint eaſdem partes dirigere ⁊ reducere ſtudeant meliori via. iure ⁊ forma quibus fieri poterit ⁊ debebit. Quod etiam in omnibus ⁊ ſingulis patrie noſtre iudicibus inferioribus ⁊ ſuperioribus quibuſcunq; ſeruari per omnes cauſarum auditores volumus ⁊ iubemus.

### ¶ Collaterales excuſant a preſentia cõſilij dum vacabunt viſitationibus proceſſuum.

CUm dicti collaterales fuerint occupati circa viſitationes proceſſuum actorꝝ ⁊ cauſarum in dicta noſtra curia pendentium: ne earum deciſio impediat: ⁊ plus debito differat: eos decernimus non eſſe aſtrictos pſonaliter adeſſe noſtris predictis conſilijs de mane ⁊ poſt meridiem: vt prefertur obſeruandis Sed ipſos collaterales dicte iuriſdictioni vacãtes: vbi ſpecialiter ⁊ expreſſe per nos vel dictum canzelarium noſtrum non vocabunt: cenſemus a preſentia dictorum conſiliariorum penitus excuſatos.

### ¶ Que cauſe debeant audiri in curia domini ⁊ que non.

Ne cauſam



NE cauſarũ ⁊ litium multitudine impediant ⁊ plus debito differant: ⁊ ptelentur noſtri patrimonij negocia ⁊ fiſci noſtri commoda ambaxiatorũ quoq; occurrẽtium expeditio ⁊ in ceteris noſtre reipu. vniuerſalis adminiſtrationis executio: necnon ipſarũ cauſarũ ciuilium ⁊ criminalium ad dicti cõſilij nr̃i nobiſcum reſidentis audientiã occurrentiũ breuis deciſio ſtatuimus ⁊ ordinamus q dictum conſiliũ noſtrum nobiſcum reſidẽs nullas cauſas ciuiles vel criminales aſſumat audiendas: ſed ipſas cauſas p ſupplicationem: requeſtam ſimplicem querelam: vel alias ad conſilium noſtrũ delatas: iudicibus ordinarijs ⁊ alijs qbus de iure ptinebunt ⁊ deferri debebunt pcedẽdo gradatim de minore ad maiorẽ remittat audiendas cognoſcẽdas: ⁊ fine debito terminãdas p eos ad quos ipſe cauſe remittent ⁊ eas remitti ſtatuimus: nõ vt delegatos ſeu cõmiſſarios ſed vt ordinarios: niſi cauſe ipſe q ad prefatum nr̃um nobiſcum reſidens cõſilium deferent prĩmoniũ vel fiſcum nr̃m cõcernãt. Quarꝝ qdem cauſarꝝ prĩmonialium audientiã: deciſionem ⁊ diffinitionẽ volumus ⁊ ordinamus ad cõſiliũ noſtrum nobiſcum vel chãberiaci reſidẽs ⁊ eorꝝ quodlibet inſolidũ prout ad alterꝝ ipſorꝝ conſiliorum noſtrorꝝ deuoluent pertinere: vel ei aut eius cui vel qbus ipſas cauſas noſtras patrimoniales duxerimus committẽdas: vel niſi fuerint cauſe baronũ banneretorꝝ aut aliorũ potẽtum nobilium inter eos vel contra eos exorte vel diſcordiarũ ſeu diſſenſionũ magnarum inter aliquas vniuerſitates magnorum locorũ noſtrorum ſubditorũ exorte: aut cauſe pauperꝝ ⁊ miſerabilium perſonarum agẽtium ⁊ defendentium contra potentiores ſi huiuſmodi paupes ⁊ miſerabiles perſone hoc regrant: aut cauſe ſeu controuerſie inter noſtros ſeruitores domeſticos mote: vel niſi cauſe ipſe fuerint ad nos ſeu dictum noſtrũ conſilium nobiſcum reſidens p appellationem ſecundã ſuo ordine debito non obmiſſo medio gradatim vel p ſupplicationem aut ſubmiſſionem deuolute.

### ¶ Cauſe inter conſiliarios domini exorte terminari debent arbitrio vel amicabili compoſitione aliorum conſiliariorum.

ET ſuper litibus controuerſijs ⁊ cauſis quas oriri contigerit inter aliquos ex nr̃is conſiliarijs noſtri nobiſcuz reſidentis conſilij dum reſidentes erunt eſſe volumus ⁊ decernimus: ceteros de eodẽ noſtro cõſilio in eo tunc reſidentes nõ ſuſpectos vel partiales arbitros: arbitratores ⁊ amicabiles cõpoſitores: ipſoſq; conſiliarios ad inuicẽ querelantes oĩo ſubijci arbitrio: pnunciationi: aut amicabili cognitioni aliorũ cõſiliariorũ noſtrorꝝ appellatiõe: ſupplicatiõe ⁊ reclamatiõe q̃cunq; penitus ceſſante: niſi q̃ten⁹ vices noſtras huiuſmodi cauſarũ cognitionibus ſeu compoſitionibus interponere volumus. Et ad hec omnes de predicto noſtro nobiſcum reſidente cõſilio firmiter obligatos ⁊ aſtrictos eſſe ſeq; aſtringi: cũ ad conſiliariatum aſſumentur ſtatuimus ⁊ volumus.

### ¶ Proceſſus cauſarum imminente ſententia vel ordinatione diſtribui debent per canzelarium collateralibus ad viſitandum ⁊ referendum.

AD celeriorem ⁊ meliorem cauſarũ terminationem canzelario noſtro predicto proceſſus ⁊ acta cauſarum in curia noſtra predicta pendentium: cũ in illis fuerit aſſignatio facta ad interloquendum ſeu ordinandum: ſeu diffiniendum exhiberi volumus ⁊ iubemus per ſecretarios ⁊ ſcribas ipſarum cauſaruz per ipſum canzelarium tunc deſcribendos collateralibus ſuis ⁊ mittendos p eoſdez ſecretarios ad ipſos proceſſus ⁊ acta viſitandos. Et ipſis diligenter viſitatis p ipſos collaterales ſimul eidem canzellario referendos. in preſentiaq; ipſius canzelarij verificandos ⁊ actis coram eo legendis: videlicet illis qui erũt de ſubſtantia. Et iuſtitia ipſarum cauſarum deinde inter eos conſultandos: ad ſententias ſeu ordinationes opportunas conſcribendum ⁊ q̃ breuius fieri poterit ferendum.

### ¶ Canzelario ⁊ collateralibus interdicitur aduocatio ⁊ iudicatura.

UT predicti canzelarius ⁊ collaterales ſine occupatione ⁊ ſuſpitione quacunq; ſuis predictis intendere valeant officijs eiſdem ⁊ cuilibet eorum inhibemus aduocationis officium patrocinariq; vel clare cõſilium in cauſis factis ſeu negocijs alienis qbuſcunq;: quas in altera curiarum noſtrarum pendere deduci vel moueri contigerit p aliquem vel contra aliquem ſubditorꝝ noſtrorꝝ etiam in illis de quibus anteq̃ eſſent cõſiliarij nr̃i fuerint aduocati: ⁊ patrociniũ preſtiterint: necnõ quãlibet iudicaturam: extra dictum noſtrũ conſilium noſtrã vel prefatorꝝ baronum: banneretorũ: ⁊ aliorum ſubditorꝝ noſtrorũ iuriſdictionẽ habentiũ cũ dictis cãzelarie collateralitatis officijs habere ⁊ exercere. Si qs autẽ eorꝝ cõtra hoc noſtrũ edictũ attẽptare preſumpſerit: prefati noſtri cõſilij conſortio ⁊ honore priuatũ ſe cognoſcat. Et penam decem marcharũ argenti puriſſimi incurrat ipſo facto fiſco nr̃o irremiſſibiliter applicandam.

### ¶ Canzelario ⁊ omnibus conſiliarijs interdicuntur officia extra curiã excepto vno de gratia

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

EAdem ratione prohibemus canzelario ⁊ alijs conſiliarijs in nr̄o nobiſcum reſidente conſilio: tam iuriſperitis ꝙ nō peritis quibuſcūq; officia bailiuatuū: caſtellaniatuū: capitaneatuū: vicariatuū pote ſtariarū: ⁊ alia quecunq; extra locū reſidētie noſtre: ⁊ noſtri nobiſcū reſidētis cōſilij habere ⁊ tenere: niſi quatenus alicui vel aliquibus ex ipſis cōſiliarijs nr̄is de gratia vnicuȝ officium cum deliberatione dicti noſtri conſilij duceremus concedendum. Qui vero ex dictis conſiliarijs nr̄is officia plura poſtulauerit vel alias ambitioſe tacite vel expreſſe habere ꝓcurauerit priuatū ſe cognoſcat dicti cōſiliariatus honore ⁊ oī officio habito ⁊ habendo. Hoc eodem edicto ꝓhibentes dictis canzelario ⁊ eius collateralibus: ne de cauſis que in dicta curia nr̄a nobiſcum reſidentis cōſilij deferent̄ ⁊ decidentur: In quibus per prius ⁊ ante ꝙ eſſent de gremio dicti noſtri conſilij fuerint iudices aut aduocati. Et de coꝝ audientia ſeu cognitione tacite vel expreſſe quouis queſito colore ſe immiſcere preſumant: ſub pena decem librarū fortium per quē cunq; contrafacientem committenda ⁊ fiſco noſtro applicanda.

¶ Receptio penſionum ⁊ numerum omnibus conſiliarijs interdicitur.

PEnſiones annuas tributaq; dona uel munera ꝓhibemus canzelarium: collaterales ⁊ ceteros cuiuſcunq; ſtatus conſiliarios nr̄os recipere uel exigere p ſe vel p interpoſitas perſonas: ꝓ recōmendatione: patrocinio: preſidio: interceſſione vel fauore apud nos vel noſtrum conſilium ꝓ aliqua uel aliquibus perſonis facientibus a quibuſcunq; prelatis: capitulis: collegijs ⁊ alijs eccleſiaꝝ rectorib⁹ ⁊ perſonis eccleſiaſticis: nō baronibus: bāneretis: ⁊ alijs nobilibus ciuibuſq; burgenſib⁹ mercatorib⁹ notarijs ⁊ alijs inferioribus: ac locorū vniuerſitatibus quibuſcunq;. Niſi enſenia liberaliter ⁊ gratis eis data quādo nos continget ꝓuincias ciuitates: villas ⁊ alia loca noſtra viſitare que de noſtri ſcientia: noſtriq; contemplatione offerent̄: vel eſculenta ⁊ poculenta victus quottidiani cauſa: que infra paucos dies expendi poterūt ſicut eſt iure communi ꝑmiſſum: ⁊ excepto ſalario moderato pro labore in partes concordando ⁊ earum iura: via amicabili aduidendo: ſub pena dupli eius quod contra hoc noſtrum edictum ſalubriter receptū probabitur p quemcunq; recipientem committenda: ⁊ tantundem per quemcunq; dantem ſubditum noſtrum incurrenda: ⁊ fiſci noſtri erario integriter applicāda. Cuius dati ⁊ accepti contra hanc noſtram ꝓhibitionem accuſationis ⁊ denunciationis cunctis concedimus poteſtatem ⁊ facultatem.

¶ Drulie quote ⁊ omne extra prohibetur per conſiliū in compoſitionibus ⁊ cōcordijs.

PErpetuo prohibemus edicto canzelarium collaterales ⁊ ceteros conſiliarios nr̄os aliquam partē vel quotam in bannis mulctis ⁊ penis concordatis marciatis compoſitionibuſq; condemnationuȝ ſeu declarationum penarum ⁊ aliorum iurium ſeu emolumentoꝝ nobis ſeu fiſco noſtro applicandarum percipere vel habere aut druliam: vel aliquid aliud extra quod percipere debemus facere ſuper illis: aut alias ordinare: taxare vel exigere pro ipſo noſtro conſilio ipſos omnes qui fuerint condemnati: marciati vel concordati aliquibus pecunie quantitatibus: aut alijs rebus decernētibus ad aliquid plus ſoluendū ꝙ id ad quod fuerint condemnati marciati non teneri: nec per quemquam fore compellendos.

¶ Conſilium cum domino reſidens ⁊ theſaurarius non debent ſe immiſcere de debitis fiſci pertinentibus clauario.

DE penis commiſſis ⁊ mulctis in conſilio noſtro chamberiaci reſidenti declaratis ⁊ exitibus proceſſuum criminalium diffinitorum vel concordatis ibidem peniſq; illis impoſitis etiam non declaratis ⁊ alijs debitis fiſcalibus quoꝝ exactio commiſſa eſt ⁊ pertinet clauario noſtro ⁊ exactori mulctarū in chamberiaco reſidenti compoſitionem vel cōcordiam fieri in conſilio noſtro nobiſcum reſidēti penitus prohibemus theſaurario noſtro generali: ne de illis exigendis ſe immiſcere pſumat quoquomodo ſimiliter ꝓhibentes ⁊ in ipſoꝝ exactione ipſum clauarium noſtrum per quēcunq; turbari vetantes ne ſalarioꝝ collateralium preſidentis dicti noſtri conſilij chamberiaci reſidentis aduocatiq; procuratorum noſtrorum fiſcalium inde fienda ſolutio impediatur vel tardetur.

¶ Occaſione breuetorū: rotuloꝝ: aut verboꝝ cōtra aliquem porrectorū nullus moleſtetur.

PReſenti decernimus edicto receptionem rotulorū breuetorum ſeu ſcriptoruȝ exceſſus ⁊ delicta cōtinētium: qui contra aliquos non zelo iuſtitie: ſed potius ex odio ⁊ inordinata affectione ad iniuriā pluſq; ad iuſtitiam interdum palam occulte nobis vel aliquibus ex noſtro conſilio porriguntur etiam ſuggeſtiones verbales huiuſmodi non eſſe per nos vel canzelarium aut conſilium noſtrum admittendas ſuper contentis in ipſis contra quamcunque perſonam per inquiſitionem vel alias niſi quatenus

de ibi



de ibi contentis eſſet fama publica aut clamoſa inſinuatio procederet: nō quidē a maliuolis ſeu emulis: ſed a grauibus et honeſtis pſonis nō eſſe procedendū ⁊ procedi prohibemus. Ubi vero famā procedere et clamorē aſcendere cōtigerit prout ſupra nō ex odij fomite: ſed charitatis ⁊ iuſtitie nūciarent̄ exceſſus vel dū: ⁊ quādo q porrexerit tales rotulos: breuetos aut ſuggeſtiones verbo vel in ſcriptis porrigi ꝓcurauerit vel mandauerit accuſator vel denūciator eſſe voluerit ⁊ ſe obtulerit: aut prius ſūpta ſecreta informatione: per quam crimen huiuſmodi detectū fuerit: tunc ad inquirendū de ipſis criminibus ſic detectis contra culpabiles nō vetamus ſed inquiri diligenter precipimus ⁊ mandamus.

¶ Quod inſtructiones ambaſiatorum ſignentur ⁊ regiſtrentur.

CUm fines man dati congruum ſit ſeruari ⁊ eū qui mittit: nō qui mittit̄ expediat: quid mandet declarare ⁊ limitare iubemus canzellarium noſtrum ambaſiatoribus noſtris ⁊ alijs qui mittent̄ ad aliquod negociandum noſtri parte vel noſtri nobiſcū rſiedentis conſilij ex noſtra vel dicti conſilij deliberatione prehabita: inſtructiones claras ⁊ bene ordinatas iuxta ea ſuper hoc q̄ fuerunt deliberata ⁊ cōcluſa dictare ⁊ facere per alterū ex ſecretarijs noſtris in ſcriptis redigi ⁊ ſcriptas ſignataſq; eiſdē ambaſiatoribus vel nuncijs miſſis ꝙ breuius fieri poterit tradere et expedire: Et ne in huiuſmodi ambaſiatoruȝ vel nunciorum noſtroꝝ ſeu dicti noſtri cōſilij inſtructionib⁹ quicꝙ valeat immutari: vel ipſorum ambaſiatoꝝ memoria amitti: ſtatuim⁹ ⁊ volumus omnes ⁊ ſingulas huiuſmodi īſtructiōes in vno libro ſeu regiſtro penes dictū cāzellariū cōſeruādo p ſecretariū qui ipſas inſtructiōes fecerit de verbo ad verbū deſcribi: dictūq; regiſtrum ī redditu quorūlibet ambaſiatoꝝ ſeu nuncioꝝ predictoꝝ corā nobis ſeu cōſilio nr̄o pſentialiter exhiberi ad ipſas inſtructiōes regiſtratas videndas ⁊ legēdas vt ſciat̄ qualiter ipſi ambaſiatores ⁊ nuncij ſuas legationes ⁊ ſibi cōmiſſa negocia compleuerint aut ex illis quicꝙ omiſerint.

¶ Quod in porta camere reſideat vnus hoſtiarius.

HOſtiarium ſiue mazerium: ſpecialem vnuȝ ex ſeruitoribus noſtris domeſticis conſiliarios noſtros cum conſilium in noſtra abſentia tenebunt habere decernimus cui nos vel ipſum conſiliuȝ noſtruȝ duxerimus committendum: Ad cuius officium pertinebit ad hoſtium camere conſilij foris ſtare. Et tā in vocando conſiliarios vel ſecretarios abſentes aut alios qui ad preſentiam dicti conſilij adeſſe putentur, quam alia ſibi per ipſum conſilium iniungenda diligenter exequenda eſſe proptum.

¶ De procuratore fiſcali ſpeciali in curia domini reſidente.

PRocuratorem noſtrum fiſcalē ſpecialē in dicta curia noſtra nobiſcum reſidētis ꝯſilij per ſe vel aliū idoneum ex ſecretarijs noſtris de noſtro conſenſu ſubſtitutū cōtinue reſidere ſtatuimus p nos aſſumendum virum ſcientificum ⁊ praticum: prudentem: probum. et ſolicitum ſtipēdijs decētib⁹ in litteris ſue creationis ſalariatum: Ad cuius officium ſpectare decernim⁹ omnes ⁊ ſingulas cauſas noſtras atq; negocia patrimonium: ⁊ fiſcum noſtrum concernentes diligenter in dicta curia noſtra ⁊ alibi iuxta formam ſue conſtitutionis ſolicitare diligenter ⁊ proſequi. Et vt nihil de contingentibus dictoꝝ patrimonij ⁊ fiſci noſtri cōmoda negligi valeat: ipſum procuratorē noſtrū penes ſe habere volumus ⁊ iubem⁹ cōtinue vnum librum ſeu regiſtrum: in quo notet ⁊ ad memoriā deſcribat idē procurator totā ſubſtātiā ⁊ effectum omnium ⁊ ſingulaꝝ noſtraꝝ cauſaꝝ patrimonialium ⁊ fiſcalium in dicta curia noſtra nobiſcū reſidentis conſilij tractādaꝝ. Necnon penas mulctas in dicta curia noſtra declaratas commiſſas: ⁊ alias occaſione exceſſuum ⁊ delictorum contra inculpatos de eiſdem impoſitas: ac omnes ⁊ ſingulas alias expeditiones iurium noſtrorum patrimonialium ⁊ fiſcalium in eadē curia noſtra factas. Ipſumq; regiſtrū in fine cuiuſlibet mēſis. vel quotiens fuerit expediens dictis canzelario ⁊ collateralib⁹ necnon theſaurario noſtro generali ſeu eius ſubrogato in predicta curia noſtra reſidenti. Magiſtroq; noſtro hoſpicij ꝓ tempore huiuſmodi magiſterium exercenti: ſi ⁊ quando ipſum regiſtrum videre voluerit exhibere: ⁊ in fine cuiuſlibet anni in camera noſtra computorum ad iurium noſtrorum conſeruationē traddere teneatur de ⁊ ſuper quarum penaꝝ mulctaꝝ declarationum ⁊ alioꝝ premiſſorum emolumentis eidē procuratori noſtro ſalarium ſuum per dictum theſaurarium ſingulis annis ſolui volumus ⁊ iubemus ſine difficultate quacunq;. Cum autem aſſumetur idem procurator per nos ad predictum officium ipſum procuratorem noſtrum in manibus noſtri cancellarij ad ſancta dei euangelia iuramentum corporale preſtare decernimus eſſe aſtrictum. que omnia ⁊ ſingula premiſſa ac alia pdicto officio ꝓcuratoris fiſcalis incombētia fideliter ⁊ diligenter exequet̄: q̄q; nullas penſiones annuas donaq; vel munera etiā gratis oblata a quacunq; perſona eccleſiaſtica vel laica, aut vniuerſitate toti⁹ patrie noſtre aut etiā forēſib⁹ in dicta curia noſtra negociantibus exiget vel recipiet: pter eſculēta vł poculēta de iure ꝑmiſſa ⁊ alſ ꝓut. j. titu. de

aduocato ⁊ procuratore noſtris fiſcalibus generalibus in capitulo vt ſine ſubditorum: ⁊ cetera diſponit.

¶ De ſecretarijs.

¶ De qualitate officio ⁊ iuramento Secretariorum.

SEcretarios et ſcribas noſtros ⁊ curie noſtre noſtri predicti nobiſcum reſidentis cõſilij: ad decentiã noſtri ſtatus: ⁊ reipu. nobis cõmiſſe vtilitatem: nos decet habere ⁊ aſſumere cum deliberatione noſtrorum canzelarij ⁊ conſilij viros prouidos: diſcretos: probos ⁊ honeſtos: notarios publicos: ⁊ in ſcientia ⁊ arte notariatus idoneos ⁊ expertos: ad ſcribẽdum. ſignandũ: et regiſtrandũ: groſſandum ⁊ expediẽdum decenter omnes ⁊ ſingulas litteras clauſas ⁊ apertas: inſtrumẽta: acta proceſſus cauſaruꝫ ⁊ ceteras ſcripturas negociorum in predicta curia noſtra occurrentes: bene ſcribẽtes legẽtes ⁊ intelligentes. Qui et eorum quilibet in ſua aſſumptione in manibus noſtri canzellarij ſuper ſancta dei euangelia iurabunt ꝙ erunt nobis fideles: omnia que in noſtris conſilijs tractabuntur ſecreta ſecrete tenebunt: nulliqꝫ perſone reuelabunt ſine noſtra vel noſtri canzelarij licentia. In ſcripturis omnib⁹ quas facient veritate ⁊ probitate vtentur. Eaſqꝫ q̃ breuius poterunt prout infra ſtatuitur perſonis quarum intererit expedient. Nihilqꝫ ab eis vel quacunqꝫ perſona alia litigante vel negociante in curia noſtra predicta: etiam gratis oblatum pro breuiori earum expeditione: aut alias quouis queſito colore petent vel recipiẽt niſi iuſtã mercedẽ ſui laboris: iuxta taxã de ⁊ pro ſcripturis ſuis infra ſtatutam: vel niſi eſculẽta ⁊ poculẽta q̃ vict⁹ quotidiani cauſa eis darentur paucis diebus conſumenda. Mãdata ⁊ iniunctiones per nos canzelarium et collaterales et cõſilium noſtrum in conſilijs vel extra ſibi facta diligenter exequentur ſtatuta noſtra ac omnia ⁊ ſingula alia eorum officium concernentia inuiolabiliter ⁊ prouirib⁹ obſeruabunt ⁊ exercebunt.

¶ Emolumenta ſcripturarum conceduntur ſecretarijs pro ſtipendijs.

PRo ſalarijs ⁊ ſtipendijs ipſorum ſecretariorum noſtrorum eis ⁊ eorum cuilibet emolumenta prouentus et cõmoda ſcripturarum. proceſſuum: actorum litterarũ inſtrumentorum cauſarum: criminalium ⁊ ciuilium: prouiſionum: ⁊ quorumcunqꝫ actuum: ſeu negotiorum in predicta curia noſtra occurrentium relinquimus damus ⁊ concedimus per ipſoꝝ quemlibet iuxta diſtributionem ſcripturaruꝫ ſibi factam: et taxam ſtatutorum noſtrorum exigendam: Quam quidem taxam nulli dictorum ſecretariorum liceat excedere. ſub pena priuationis dicti ſui officij: ⁊ reſtitutionis in duplum receptorum: vltra taxam predictam illi vel illis a quibus exegerint faciende. Quorum iuramentis circa hec preſtandis arbitrio noſtri canzellarij ſecundum qualitatem referendis ſtari volumus ⁊ iubemus.

¶ Secretarij debent quilibet habere regiſtrum in quo ſcribat iura fiſcalia.

AD memoriam eorum que fuerint in curia noſtra predicta noſtri nobiſcum reſidentis conſilij. decreta deliberata ⁊ expedita. proſecutionemqꝫ et executionem eorundem ſtatuimus ꝙ quilibet ſecretariorum noſtroꝝ in dicta curia noſtra reſidentium penes ſe habere et tenere debeat librum ſeu regiſtrum in quo deſcribat et regiſtratas ſubſtantialiter retineat omnes ſententias diffinitiuas cauſarum ciuilium ⁊ criminaliũ multaſqꝫ ac penas in eadẽ curia noſtra declaratas in actib⁹ ⁊ proceſſibus dictarum cauſaꝝ cõprehenſas: necnõ cõdemnationes: compoſitiones ⁊ concordias ſuper dictis proceſſib⁹ cauſarũ criminaliũ ibidẽ factarũ. Citationeſqꝫ ⁊ aſſiginatiões in eadẽ curia noſtra decretas contra intitulatos de ⁊ ſuper quibuſcũqꝫ criminibus vel etiã contra quaſcunqꝫ alias pſonas: occaſione cõmiſſionũ excheitarũ et aliorũ patrimonioꝝ noſtroꝝ iuriſdictionem ⁊ iura fiſci noſtri concernentiũ: factas ac etiã querimonias q̃relas et offenſas recurrentium ad predictam curiã noſtram prout in ſupplicationib⁹ requeſtis: actib⁹: proceſſibus: litteris: inſtrumẽtis ⁊ alijs ſcripturis eiſdẽ ſecretarijs diſtributis: qlibet ipſoꝝ ſecretarioꝝ videbit cõtineri i ſibi diſtributis vna cũ expſſione nominũ ⁊ cognominũ pſonaꝝ quas huiuſmodi ꝯcernerent negocia ⁊ huiuſmodi regiſtrũ i fine cuiuſlibꝫ ebdomade p quẽlibet ipſoꝝ ſecretarioꝝ noſtroꝝ i dicta curia noſtra reſidentiũ: volumus ⁊ iubem⁹ exhiberi ꝓcuratori nr̃o fiſcali ⁊ vicegerẽti theſaurarij nr̃i in eadẽ curia nr̃a reſidẽtibus ad proſequendum iura noſtra in dictis regiſtris ad memoriã reducta erga cãzelariũ collaterales ⁊ alios cõſiliarios nr̃os ſup hoc ordinatos iuſtitia mediante: ſub pena decem ſolidorum fortium per quemlibet ex dictis ſecretarijs noſtris: qui circa predicti regiſtri confectioneꝫ et exhibitionem negligens fuerit ipſo iure committenda ⁊ fiſco noſtro irremiſſibiliter applicanda.

¶ Secretarij duo habere debent ꝓthocolla: vnum de negocijs domini: aliud de alienis.

PRoto colla ſicut iure communi cauetur notarius habere debere quemlibet ſecretarium noſtrum habere ⁊ penes ſe cuſtodire: ſtatuimus ⁊ mandamus in quibus regiſtrent ⁊ ſcribant ad longum ⁊ extenſum



extenſum oĩa que ſcribenda erunt in litteris: chartis ⁊ inſtrumẽtis contractuũ ⁊ negociorum quorũcunqꝫ tam noſtroꝝ q̃ alienoꝝ in predicta curia noſtra factorũ ⁊ expeditoꝝ ꝑpetuoruꝫ p ipſos ſecretarios iuxta diſtributionem ſibi factam inde receptis. Ut autem noſtra iura atqꝫ negocia ab alienis diſtinguant̃ ⁊ in futurum ſecurius conſeruentur: volumus ⁊ iubemus ꝙ quilibet ſecretariorum noſtrorum officium ſecretariatus ſeu ſcribanie in dicta curia noſtra pro tempore exercentium habeat ⁊ faciat protocollum particulare in quo ſine quacunqꝫ miſtura negociorum alienorum noſtris non permiſtorum regiſtret ad plenum vt prefert̃ omnes ⁊ ſingulas litteras chartas ⁊ inſtrumenta ad iura noſtra patrimonialia ⁊ fiſcalia facientes ⁊ facientia: pertinentes ⁊ pertinentia: vt pote litteras ⁊ inſtrumẽta infeudationum inueſtiturarum fidelitatum: homagiorum: ſuffertarũ: albergamentorum: laudimiorum: cõditionalium: manumiſſionuꝫ limitatarum: franchiſiarũ: libertatum: tranſactionum: compoſitionum: ⁊ aliorum quorumcunqꝫ cõtractuũ ſeu negociorum noſtrorum perpetuorum prout quilibet ipſorum ſecretariorum receptio huiuſmodi litterarum chartarum ſeu inſtrumentorum fuerit diſtributa ⁊ commiſſa. Et nequis defect⁹ in materia vel in forma regiſtrando huiuſmodi litteras ſeu inſtrumenta propter inaduertẽtiam cõmitti valeant dicti ſecretarij de inſtrumẽtis receptis prius faciant minutã anteqꝫ eam improtocollent canzelario ⁊ collateralibus aut coꝝ alteri qui preſens fuerit. Necnon noſtro conſilio ſi opus fuerit viſitãdũ oſtendant. ⁊ huiuſmodi autẽ ꝓtocolla tam de noſtris q̃ de alienis negocijs fiẽda vt ꝓfert̃ dicti ſecretarij diligẽter cuſtodiãt vt ſi ⁊ quando opus fuerit poſſit fieri collatio de litteris chartis ſeu inſtrumẽtis: per ipſos ſecretarios ex dictis ꝓtocollis groſſatis ad ipſa protocolla. Quicunqꝫ vero dictorum ſecretariorũ huius edicti noſtri tranſgreſſor ꝯpert⁹ fuerit decẽ libras fortiũ ꝓ pena fiſco nr̃o oĩ gratia ceſſãte pſoluẽdi reũ ſe cognoſcat.

¶ Contractus negocia domini contingentes nõ fiant per litteras: ſed per publica inſtrumenta.

CUm nõ litteris authẽticis vel inſtrumentis res gerantur ſed per eas ⁊ rei geſte teſtimonium conferatur: cui⁹ fides in re propria reprobat̃: hoc edicto ſtatuim⁹ ꝙ de ⁊ ſup contractib⁹ recognitionum: fidelitatum homagiorum ⁊ aliorum quorũlibet negociorũ in quib⁹ aliqua pſona ſe erga nos obligabit vł remittet: cedet: quittabit: vel donabit: aut ꝓmitet: ſeu conueniet ꝓ nobis facere de ⁊ ſup quo non eſſet ſtãdum: velut in facto proprio teſtimonio noſtro que per ſcripturam fierij requirunt̃ nõ fiant lr̃e ſub nomine noſtro per quas contractum vel negociũ huiuſmodi recitemus: ſed fiant publica inſtrumenta per ſecretarios noſtros inde rogatos: ſeu quibus commiſſum fuerit ſigillo noſtro ſi a partibus requirantur ſigillanda ꝓut tutius viſum fuerit: ⁊ ſtilus curie noſtre depoſcit. Et hoc ſub pena in capitulo proxime precedenti expreſſa per ſecretarium contrafacientem committenda ⁊ fiſco noſtro applicanda.

¶ Secretarij litteras ⁊ inſtrumenta pro domino facientes infra tres menſes groſſare ⁊ cuſtodi crotte mittere debent.

PRo iurium noſtrorum conſeruatione ſtatuim⁹ ⁊ ordinam⁹ ꝙ quilibet ſecretariorum noſtroꝝ inſtrumẽta: litteras authẽticas p eũ receptas: patrimoniũ fiſcũ ⁊ cetera iura nr̃a cõcernẽtes ⁊ ꝓ nobis facientes infra tres mẽſes proximos a die receptionis earum vel eorũ computandos groſſent: leuẽt ⁊ i formam publicam redigãt: groſſataſqꝫ ſeu groſſata tradant manualiter vel p ſecurũ nuncium mittãt cuſtodi crote noſtre chamberiaci ꝓ tẽpore ipſius crote clauigero in archiuos noſtros ipſius crote ad cuſtodiã reponendas ⁊ reponenda. Si tamen huiuſmodi documenta conſequentes materias non contineant propter quas illas expediat diutius penes ſecretarium remanere. In quibus poſtquã materie ille finite fuerint debeant infra dictum terminum a die finite ſeu terminate materie incohandum premittitur groſſari ⁊ expediri: ⁊ hoc ſub pena quadraginta ſolidorum fortium per quemlibet ſecretarium huius edicti noſtri tranſgreſſorem committenda et fiſco noſtro applicanda. Et vt circa premiſſa dictorum ſecretarioruꝫ negligentia detegi valeat: ⁊ pena exigi volumus ⁊ iubemus ꝙ dicti ſecretarij bis in quolibet anno videlicet in principio menſis decembris ⁊ iunij ſua protocolla illius anni exhibeant ⁊ oſtendant canzelario noſtro aut eius collateralibus ad videndum ſi que littere aut inſtrumenta negociorum noſtrorum remãſerint groſſande vel groſſanda in ipſis protocollis.

¶ Quod ſecretarij litteras inſtrumenta acta: ⁊ ſcripturas ſibi commiſſas perſonis quibus pertinebunt expediant.

SUbditorum noſtrorum ⁊ aliorum in dicta curia noſtra negociantium diſpendijs occurrere cupiẽtes ſtatuimus ꝙ ſecretarij noſtri acta: ſcripturas: ſententias: inſtrumenta mandata ⁊ alias quaſcun



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

ꝙ ſcripturas ſibi diſtributas ⁊ commiſſas ad ſcribēdum in predicta curia noſtra ſcriptas ⁊ ſignatas tra-
dāt ⁊ expediāt pſonis quarū intererit infra vnum diem naturalem: ſi commode fieri poſſit: Sin autē in-
fra duos dies: niſi ſcriptura adeo fuerit longa ꝙ infra dictū tempus nō valeat feliciter expediri. Et tunc
īfra tempus quo breuius fieri poterit arbitrio canzelarij ⁊ collateralium ſi opus fuerit. ⁊ pſone quaruz in
tererit nō petierint moderādum. Ita ꝙ primo expediāt huiuſmodi ſcripturas pauperibus ⁊ forenſibus:
deinde alijs prout perſonarum ⁊ negociorum qualitates hoc requirent: Sub pena quinque ſolidorum
fortium per quemlibet ſecretarium qui in expeditione litterarum ſeu ſcripturarum predictarum vltra ter
minos predictos moroſius extiterit committenda ⁊ fiſco noſtro applicanda: necnon priuationis emolu-
menti illius ſcripture infra tempus debitum expedite. ¶ Ut autem huiuſmodi breues litterarum ⁊ ſcri-
pturarum expeditiones fieri valeant: ⁊ vt ſciat quilibet ſupplicans vel negocians in curia noſtra predicta
a quo petere debeat ſcripturas ſibi pertinentes iubemus quod quilibet ſecretariorum noſtrorum predi-
ctorum teneatur poſt diſtributionem ſupplicationum: requeſtarum ⁊ aliorum negociorū ſibi factam ipſa
rum diſtributionem in vna cedula deſcribere ⁊ ipſam cedulam in qua exprimantur nomina ⁊ cognomi-
na perſonarum ſupplicantium ſeu negociantium in valuis domus habitationis canzelarij noſtri predicti
loco patenti affigere: ⁊ vt ab omnibus videatur.

¶ Interdicitur ſecretarijs ⁊ eoꝝ clericis necnō ſeruitoribus canzelarij: ⁊ collateralium aduocationis ⁊ procurationis officium in curia.

Interdicimus ſecretarijs noſtris in predicta curia noſtra reſidentibus eorumq́ clericis necnon cleri-
cis ⁊ ſeruitoribus dictorum canzelarij noſtri ⁊ eius collateralium omne aduocatiōis ⁊ procuratio-
nis officium in eadē curia noſtra: videlicet in cauſis quas ibidem continget placitari: ipſos tamen princi
paliter vel acceſſorie non concernentes. Sub pena ſolidorum ſexaginta fortium per quemlibet contrafa-
cientem committenda ⁊ fiſco noſtro applicanda. ¶ Hoc edictum in ⁊ ſuper ſcribam ſeu notarium cōſilij
noſtri Chamberiaci reſidentis: eiuſq́ ſubrogatum: ⁊ conſcriptores: necnō clericos ⁊ ſeruitores dictorum
preſidētis ⁊ collateralium eiuſdem ꝯſilij. Sub ſimili pena pariter extendentes.

¶ De cōſilio domini reſidēte Chābériaci preſidēte collateralibus ⁊ ſcriba curie ipſius cōſilij.

Preſidentem conſilij noſtri chamberiaci reſidētis expedit nobis eligere ⁊ aſſumere viruz ſciētia le
gum prudētia probitate morum grauitate: conſilioq́ pollentem ⁊ expertum. Ad cuius officiū ſpe
cialiter pertinere decernimus reſidere in dicto conſilio noſtro Chamberiaci reſidente ⁊ penes ipſuz eſſe
Eumq́ cuſtodire ſigilla noſtra curie ipſius noſtri conſilij: ⁊ taliter conſeruare ꝙ nullus alius preter euz
vel ipſo preſente ⁊ iubente ſigillet: ⁊ ſigillare poſſit aliquam litteram vel ſcripturam de ⁊ cuz altero dicto
rum ſigillorum: Ipſumq́ preſidentem debere diligenter viſitare ⁊ inſpicere litteras acta: ſententias: ⁊
quaſcūq́ ſcripturas pcedētes ab eadē curia nr̄a que ſigillari debebūt: deinde ſigillare quas viderit ſigil
landas. Et ſi quas viderit reſcribendas reſcribi facere in formam debitā. Et quas viderit cāzelandas cā-
zelare ⁊ annullare. Cum autem idē pſidēs ad huiuſmodi officiū aſſumet: ipſum ſimili ⁊ eodē iuramēto aſ
tringi volumus ⁊ iubem⁹ quo cāzelarium noſtrum ſuperius aſtringi decernimus.

¶ De qualitate officio ⁊ iuramēto collateralium dicti conſilij.

Collaterales dicti preſidentis duos vel ſaltem vnum ad dicte curie noſtre decorem ⁊ iuſtitie admi-
niſtrationem: cauſarumque cognitionem, vltra aduocatuz ⁊ procuratores noſtros generales fiſca
les in eodem conſilio noſtro Chamberiaci reſidentes nos decet aſſumere viros legum: ſcientia: pruden
tia: ⁊ probitate dotatos. Quos ⁊ prefatum preſidentem eſſe de gremio nobiſcum reſidentis conſilij. quo
tiens in illo eſſe eos vel vocari contigerit: ſpeciales conſiliarios decernimus. Quos cuz aſſument aſtrin
gi volumus ⁊ iubemus eodem iuramento quo collaterales canzelarij noſtri iurare ſuperius eſt ſtatutū.
¶ Et ne propter abſentiam dicti preſidentis actus iuſticie dicte curie noſtre retardentur ſtatuimus ⁊ vo
lumus quod in abſentia ipſius preſidentis primus dictorum collateralium. vel vnicus ſi ſit vnicus ſi
gilla curie noſtre predicti noſtri conſilij Chamberiaci reſidentis penes ſe habeat ⁊ cuſtodiat de ⁊ cum
quibus ſigillet ſigillanda: viſitetque prius ⁊ inſpiciat diligenter litteras acta: ſententias ⁊ ſcripturas eiuſ
dem curie noſtre que ſigillari debebunt ⁊ quas viderit ſigillandas: Ceteraq́ omnia ad officium dicti
preſidentis incombentia plene ⁊ libere exerceat cum ipſius noſtri preſidentis licētia.

¶ De ſalarijs



¶ De ſalarijs preſidētis ⁊ collateralium ac eorum ſolutione.

Preſidentem ⁊ collaterales predictos decenter ſalariatos eſſe volumus ſtipendijs in litteris nr̄is
ſuarum conſtitutionum expreſſis eis ſoluēdis vt ſequitur videlicet dictio preſidenti per clauariuz
noſtrum ſeu exactorem emolumentoruz dictorum ſigillorum curie noſtre predicte conſilij Chamberia
ci reſidentis de ⁊ ſuper huiuſmodi emolumentis ſigillorum predictorum: prefatis vero collateralibus p
eundem clauarium ſeu exactorem de ⁊ ſuper reſiduo emolumentorum ſigillorum quantum ipſum reſidu
um ad hoc ſe poterit extendere: iuxta tamen modum ⁊ formam litterarum conſtitutionis ipſius clauarij
Et ſi ipſum reſiduum quod ſupererit de dictis emolumentis vltra ſolutionem ſalarij dicti preſidentis
non ſufficiat ad ſoluendum completa ſalaria dictorum collateralium volumus ⁊ iubemus ac mandam⁹
dictis collateralibus ſolui totum quod deerit per theſaurarium noſtrum generalem prout de ſolutione
ſalariorum collateralium noſtri canzelarij ſuperius eſt ſtatutum.

¶ De modo loco tempore tenendi conſilium et audientiā necnon de cauſis tractandis in cōſilio Chamberiaci.

Perpetuo ſtatuimus edicto: ꝙ dicti preſidens ⁊ collaterales ſi ſit vnicus ſingulis diebus non feria
tis conſilium dicte curie noſtre teneant: ⁊ ad cauſas audiendas ⁊ diffiniendas ſedeant in loco ele-
cti tribunalis ipſi⁹ ꝯſilij ordinato: ⁊ non alibi Et altero ipſoꝝ abſente: duo ex ipſis duob⁹ vō ex ipis abſen
tibus: alter ſolus qui preſens fuerit. Quos quidem preſidentem ⁊ collaterales: vel duos: aut alterum ex
ipſis prout ſupra ſedentibus vel ſedente pro tribunali decernimus ⁊ volumus habere: eiſq́ compete-
re poteſtatem ⁊ auctoritatem omnes ⁊ ſingulas cauſas ciuiles ⁊ criminales que ad ipſum conſilium no-
ſtrum Chamberiaci reſidens per appellationem aut ſpecialem ſubmiſſionem ad ipſum conſilium factas
ſeu per commiſſionem vel delegationem eidem conſilio noſtro per nos factam: fuerint deuolute ⁊ in il-
lo introducte. Necnon ⁊ cauſas noſtras patrimoniales ⁊ fiſcales que non eſſent in noſtro nobiſcum reſi-
denti conſilio inchoate: Ac etiam cauſas que inter barones: bannеretos aut alios potentes nobiles vel
magnarum diuiſionum ſeu diſenſionum que inter aliquas vniuerſitates ⁊ communitates ciuitatum: vil
larumq́ magnarum patrie noſtre mouerentur aut mote fuerint: vel per ſupplicationem vel alias debite
ad dictum conſilium noſtrum Chamberiaci reſidens deuolute ſeu inchoate: Ac inſuper cauſas paupe-
rum ⁊ miſerabilium perſonarum agentium vel ſe defendentium contra potētiores: Si ipſi pauperes cau
ſam ſuam ibidem audiri ⁊ decidi poſtulent: cauſaſq́ delictorum ⁊ exceſſuum ſeu diuiſionum magnaruz
nobilium ⁊ potentum: ac vniuerſitatum perſonarum que in dicta curia noſtra conſilij Chamberiaci pro
ponentur: ⁊ ad noticiam ipſius conſilij deducentur coram iudicibus ordinarijs non introductas audien
di: cognoſcendi ⁊ fine debito terminandi. Et nihilominus ſuper omnibus ⁊ ſingulis ſupplicationib⁹ ſim
plicibus querelis: ⁊ requeſtis que ipſi preſidenti ⁊ collateralibus: vel eorum alteri contra bailiuos: iudi-
ces: caſtellanos: clericos ſeu ſcribas curiaꝝ iudicum: ⁊ caſtellanorum: ſeruienteſq́: miniſtrales: ſeu alios
officiarios noſtros: necnon barones: bannеretos: ⁊ alios nobiles iuriſditionem habentes offerentur. Et
per eas ad ipſam curiam noſtram dicti noſtri Chamberiaci reſidentis conſilij reuocetur: prouidendi et
debitam iuſticiam miniſtrandi ſuper ipſis ſupplicationibus: requeſtis recurſibus: ⁊ querelis eis ⁊ eoruz
cuilibet prout ſupra plenariam concedimus facultatem. Ceteras autem cauſas ⁊ lites de ⁊ ſuper qui-
bus dicti preſidens ⁊ eius collaterales fuerint additi. Et ſuper quibus ad ipſam curiam recurret. iube
mus ⁊ volumus per ipſos preſidentem ⁊ collaterales ſine difficultate ⁊ dilatione quacunq́ remitti ⁊ re-
mittendas fore decernimus iudicibus locorum: Ad quos iure ordinario ipſarum cauſarum audientia
deciſio ⁊ diffinitio pertinebit: audiendas decidendas: ⁊ fine debito terminandas niſi vbi et quando ipſe
iudex ordinarius foret aditus. Et in adminiſtratione iuſticie fuerit negligens vel remiſſus. Quo caſu p
dictum conſilium noſtrum Chamberiaci reſidens recurrentes ad ipſum audiri nō vetamus.

¶ Quibus licet ſedere in tribunali ⁊ quibus non.

Ut debitus honor predicto conſilio noſtro Camberiaci reſidenti reſeruetur ⁊ impendatur ſtatuim⁹
ꝙ nullus pro tribunali in bancha ipſius conſilij dum conſilium ⁊ audientia cauſarum ibidem tene
bitur: cum preſidente et collateralibus predictis ſedere preſumat. Exceptis canzelario et alijs cōſiliarijs
noſtris noſtri nobiſcum reſidentis conſilij: cum eos ibidem adeſſe contigerit. necnon aduocato et procu-
ratore: dum tamen iuriſperitis noſtris fiſcalibus generalibus: ac etiam prelatis: baronibus: banneretis:
militibus: doctoribus iuriſperitis: necnon aduocatis: et alijs perſonis inſignibus quas dictus preſidens
in dicta bancha tribunalis ad honorem eis impendendum ſedere iuberet.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

¶ Preſidenti ⁊ collateralibus ſuis officia necnon penſionum donorum ⁊ munerum receptio probibetur.

SIcut canzelario ⁊ ceteris conſiliarijs noſtris nobiſcum reſidentis conſilij:ſic probibem⁹ predictis preſidenti ⁊ collateralibus noſtri Chamberiaci reſidentis conſilij bailiuatus:iudicaturas:caſtellanias:⁊ alia quecunq̄ȝ officia. Necnon receptionem quarumcunq̄ȝ penſionum annuarum:donorum ⁊ munerum ratione officij ⁊ cauſarum que coram eis ventillantur:etiam gratis oblatorum a quibuſcūq̄ȝ perſonis patrie noſtre:eccleſiaſticis ⁊ laycis penitus interdicimus ſub ſimilibus ⁊ eiſdem penis dictis canzelario ⁊ conſiliarijs noſtris circa huiuſmodi probibitionem impoſitis:preter eſculenta ⁊ poculenta victus quotidiani cauſa ſibi oblata que infra paucos dies expēdi poſſint. Et excepto ſalario moderato pro labore ſuſtento in partes concordando ⁊ eorum iura in via amicabili adiudendo.

¶ Interdicitur preſidenti ⁊ collateralibus aduocatio ⁊ immiſtio cauſarum in quibus per prius fuerint aduocati vel iudices.

IN cauſis ⁊ litibus quibuſcunq̄ȝ inter ſubditos noſtros cuiuſcunq̄ȝ ſtatus in altera curiarum nr̄arum mediata vel immediata motis ⁊ mouendis de ⁊ ſup quib⁹ ad nos eſſet vel eſſe poſſet iā ad ſuperiorem iuſticie cauſe reuerſus patrocinium vel aduocationis officium cuiquam prebere predictis preſidenti ⁊ collateralibus dicti noſtri Chamberiaci reſidentis conſilij:ſub eiſdem penis quas in ſimili caſu canzelario ⁊ ſuis collateralibus impoſuimus hoc edicto probibemus etiam in illis in quibus antequaȝ eſſent de gremio dicti noſtri conſilij fuerint aduocati. Eiſdem preſidenti ⁊ collateralibus inſuper probibentes ne de cauſis quibuſcunq̄ȝ in quibus ante ingreſſum dicti noſtri conſilij fuerint iudices ⁊ ſententias protulerint ſeu pronunciauerint:audiendo:cognoſcendo:vel iudicando:ſe quomodolibet inmiſcere preſumāt Sub pena ſimili probibitione dictis canzelario ⁊ eius collateralibus iam ſtatuta.

¶ Probibentur conſilio Chamberiaci drulie ⁊ omne. extra in compoſitionibus criminaliū ⁊ fiſcalium.

HUius edicti tenore probibemus:preſidenti collateralibus:aduocato ⁊ procuratoribus noſtris fiſcalibus in concordijs ſeu ꝯpoſitionibus q̄ corā nobis tractabunt̄ ⁊ ꝯcludent̄ de ⁊ ſuper cauſis criminalibus ⁊ alijs nos aut fiſcum noſtrum quomodolibet concernentibus facere petere vel exigere aliquas drulias vel aliquid aliud extra quantitatem vel rem nobis ex ipſis compoſitionibus ad iudicatam ſeu ordinatam:ſub pena dupli eius quod contra hoc noſtrum edictum exactum fuerit:per quemlibet ipſius edicti tranſgreſſorem committenda ⁊ fiſco noſtro applicanda.

¶ De ſcriba ſeu notario dicti conſilij Chamberiaci eiuſq̄ȝ qualitate:officio ⁊ iuramēto.

SCribam ſeu notarium vnum principalem oportet continue adeſſe dicto conſilio noſtro chamberiaci reſidenti per nos conſtituendum virum in arte notariatus ⁊ actorum iudicialium : prouectum ⁊ expertum:notariumq̄ȝ publicum fidelem:probum ⁊ diſcretum: Ad cuius officium pertinere decernimus ipſumq̄ȝ ſcribam per ſe vel per alium idoneum notarium publicum per eum ſubrogatum vna cum duobus alijs ſaltem vno ſcriptoribus notarijs publicis ⁊ curie noſtre iuratis in huiuſmodi officio bene ſtillatis ⁊ praticis:moribus ⁊ vita:commendatis in camera ſeu loco tribunalis:⁊ audientie cauſarum dicti noſtri conſilij:dum conſilium ⁊ audientia cauſarum ibidem tenebitur principaliter adeſſe ad ſcribendum:⁊ ad regiſtrandum:deinde in debitam formam redigendum:⁊ redactas perſonis quarum intererit breuiter expediendum proceſſus ⁊ acta:aliaſq̄ȝ ſcripturas cauſarum ⁊ negociorum in eodem conſilio noſtro occurrentium:tractatorum:deciſorum ⁊ diffinitorum. Ac alia in capitulis infraſcriptis comprebenſa: Necnon cetera per dictos preſidentē ⁊ collaterales ipſis ſcribe vel ſubrogato:ac alijs in hac parte ſuis conſcriptoribus circa huiuſmodi ſcribanie officium iniungenda. Et eidem incombētia officio prompte ⁊ fideliter exercere:ſuper quorum omnium debita conſeruatione ipſos ſcribam in manu noſtri canzelarij:ſubrogatum vero ⁊ alios conſcriptores in manu dicti preſidentis.cum ad predicta aſſumentur exequēda aſtrictos eſſe volumus ⁊ decernimus preſtare validum iuramentum.

¶ Quod omnes ſcripture ⁊ acta ac littere dicti conſilij ſignentur ⁊ breuiter expediantur quibus pertinebunt.

Ut fides



UT fides omnibus ſcripturis ⁊ actis dicte curie noſtre firmiter adhibeantur:ſtatuimus ⁊ ordinam⁹ omnes ⁊ ſingulas litteras preceptorū:mādatorum:prouiſionum:actorum: cauſarum:citationuȝ:aſſignationum:ordinationum:ſententiarum:⁊ omnium aliorum quorumcunq̄ȝ negociorūȝ in curia noſtra predicta Chamberiaci noſtri reſidentis conſilij occurrentium fiendas fore ſignādas ſigneto proprio manuali conſueto dicti ſcribe vel eius ſpecialis in parte ſubrogati. Deinde perſonis quarū intererit q̄ȝ breuis fieri poterit ſine mora inordinata arbitrio preſidentis predicti:vel in eius abſentia collateralium ſuorum cognoſcenda:expediendas in forma debita ipſarum perſonarum ſumptibus moderatis iuxta taxam noſtram infra ſtatutam ad ſigillādum ipſas litteras ⁊ ſcripturas quecunq̄ȝ fuerint per dictum preſidēteȝ dum preſens fuerit:alias in eius abſentia per primum ex ſuis collateralibus altero predictorum ſigillorum noſtrorum prout decens erit: Sub pena octo ſolidorum fortium per quemlibet ex dictis ſcriba ſeu ſubrogato ſuo ſuper expeditione dictarū litterarū ſeu ſcripturarum nimis moroſo aut negligenti:quotiēs moroſus repertus fuerit arbitrio dicti cōſilij ꝯmittēda ⁊ fiſco noſtro applicanda. Necnō refectiōis expenſarū ex dicta negligētia ſeu mora grauatis arbitrio predicto faciēde. Huiuſmodi aūt lr̄is:actis ⁊ ſcripturis tam dicte nr̄e curie noſtri conſilij Chamberiaci quam curiaꝝ nr̄aruȝ aliarum quaruncūq̄ȝ p debitos ſcribas ſignatis deinde debite ſigillatis decernimus hoc edicto tanquam autenticis validis ⁊ iudicialiū actuū ⁊ aliorū ibidē ꝯtētorū probatorijs plenum eſſe in iudicijs ⁊ extra fidē adhibendam.

¶ De prothocollo ⁊ regiſtro ſcribe conſilij predicti.

ſue conſtitutionis aſſignatum recipiat vltra portionem: ⁊ iura ꝑ bailiuos: ⁊ caſtellanos nr̄os: de ⁊ ſuper

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

bannis cõdemnatis:⁊ concordatis officioꝝ noſtroꝝ iuxta ſtillum camere noſtre computorum percipi cõſuetum ⁊ cõſueta. Jubentes omnes:⁊ ſingulos bailiuos noſtros predictos ĩ bailiuatibus ſibi commiſſis videlicet eorum quẽlibet in iſigniori ⁊ mediocriloco ſibi commiſſi bailiuatus pſonaliter reſidere debere intra caſtrũ ipſius loci reſidẽtie:niſi ĩ bailiuatib⁹ huiuſmodi ſint aliq̃ caſtra noſtra ĩfrõterijs ĩ qbus ꝓpter debitã cuſtodiam ipſos bailiuos reſidere aſtrictos eſſe volumus. Bailiuos aũt noſtros quoꝝ bailiuatus fronterias non attingent noſtris alijs negocijs ſeu obſequijs implicatos:⁊ quos propter hoc a predicta perſonali reſidentia duxerimus excuſandos ab huiuſmodi reſidẽtia excuſatos haberi volumus:dummodo eorũ abſentiam per locatenentes idoneos nobis preſentandos ⁊ per nos approbandos ſuppleri et vices ſuas ſic faciant exequi: q̴ de incombentibus ipſi bailiuatus officio nihil omittatur. Si quis autem dictorum bailiuorum noſtrorum alicuius premiſſorum neglector ſeu tranſgreſſor extiterit penam decem librarum fortium pro quolibet negligentia ſeu tranſgreſſione quam eoipſo eum incurrere decernimus fiſco noſtro perſoluat.

¶ De viſitatione caſtrorum:villarum:locorum:necnõ inquiſitione ſecreta ſuper regimine caſtellanorum:⁊ aliorum officiariorum per bailiuos fiendis.

INter ceteras ſollicitudies hoc edicto ſtatuimus ⁊ iubemus: q̴ omnes ⁊ ſinguli bailiui nr̃i in terris nr̃is limitoſis conſtituti ſemel in anno vel frequẽtius ſi ⁊ prout viderint expedire:pſonaliter viſitẽt: caſtra:villas ⁊ cetera loca nr̃a ĩ ipſis limitibus ⁊ fronterijs conſtituta:vna cum armis:artillierijs : ⁊ alijs defenſorijs ĩſtrumentis:muriſqꝫ ⁊ propugnaculis ſi que neceſſaria ad cuſtodiã : ⁊ fortificationem ipſorũ caſtroꝝ:villaꝝ:⁊ locoꝝ ibidem adeſſe viderint in ſcriptis redigi faciant . Et redacta ea que noſtro oneri incombẽt nobis mittant:⁊ de ipſis neceſſarijs prouideri faciemus. Ea vero que ad onus ſubditorũ nr̃orũ pertinere videbunt:monitionibus:⁊ exortationibus gratioſis precedẽtibus:deinde alijs debitis compulſionibus maxime vbi viderent iminere periculum faciant per eos ad quos ſpectabit decenter fieri : et de villis prouideri ceſſantibus omnino quibuſcũqꝫ exactionibus occaſione huiuſmodi viſitationũ:⁊ in ⁊ ſuper caſtellanos ſeu alios officiarios ac ſubditos noſtros fiendis. Sub pena quadrupli omniũ exactorũ ꝑ quemlibet ipſoꝝ contrafacientem committenda:⁊ fiſco nr̃o applicãda:vltra reſtitutionem valoris ipſorũ exactoꝝ eis a qbus extorta fuerint in integrũ faciendam. Et vt ĩ exequẽdo dictas viſitationes : ⁊ alias trãſeundo ꝑ villas:⁊ loca ſibi cõmiſſorum bailiuatuum tempus vtiliter per eos expendatur : cum principali negocio ꝑ eos non obmiſſo alia expedienda poſſint exerceri. Hoc edicto precipimus dictis bailiuis quatenus trãſeundo ꝑ villas diligenter:⁊ ſecrete ſe informent de regimine:⁊ exercitio cuiuſlibet caſtellanoꝝ:⁊ bailiuatuum ſibi cõmiſſorũ:⁊ alioꝝ officiarioꝝ ipſorum locorũ. Necnon de extorſionibus oppreſſionibus ⁊ exceſſibus eorundẽ ſi quos inueniant ꝑpetraſſe. Indeqꝫ conquerentes benigne audiãt querimoniaſqꝫ:⁊ extorſiones:oppreſſiões:⁊ exceſſus huiuſmodi tã ꝑ querelas q̃ꝫ ex fama publica:vel alias debite ad ipſos bailiuos ꝯtra dictos caſtellanos:⁊ officiarios delatos:⁊ reptos in ſcriptis redigi faciãt nomina:⁊ cagnomina delinquentiũ:⁊ eos ĩ quos delinquerint q̃litateſqꝫ ⁊ modos delictoꝝ in ipſis ſcriptis deſignãdo. Ipſaqꝫ ſcripta fideliter clauſa nobis ſeu nr̃o nobiſcũ reſidenti conſilio ꝑ ſecuros nuntios mittant:⁊ ſuꝑ ipſis qualiter:⁊ ꝑ quos fuerint ꝓcedendum contra culpabiles ordinet̃ per nos : vel ꝑ dictum noſtrum cõſilium circa quam qdem ordinationem dicti bailiui nihil ſuper premiſſis attemptare preſumant. Sub pena in capitulo proxime precedenti expreſſa.

¶ De ſpeciali officio ⁊ reſidentia caſtellanorum.

QUemlibet caſtellanoꝝ noſtrorũ in caſtro noſtro caſtellanie ſibi comiſſe:ſi tamẽ ſit habitabile reſidere ⁊ domicilium ſuum fouere ſuo durãte officio aſtrictum eſſe volumus ⁊ iubem⁹. Ipſumqꝫ caſtrũ fideliter cuſtodire. Et ſi q̃ reparatiões fuerint neceſſarie in illo eas in ſcriptis notificare. Uiridaria prata terras:⁊ alias poſſeſſiones eidẽ caſtro pertinentes diligenter ⁊ vtiliter gubernare taleas:ſeruitia : tributa:reditus cenſus:leidas:pedagia:banna condẽnata:⁊ concordata penas ⁊ mulctas declaratas. Et generaliter omnia alia iura nobis infra caſtellaniam ſibi cõmiſſam quomodolibet debita ⁊ obuenientia:de q bus alias computare ſolitum eſt fideliter ⁊ ſollicite recuperare ⁊ exigere ab ea debentibus:⁊ de ea nobis ſingulis annis terminis aſſignatis iuxta clauſulam iuramẽti bailiuoꝝ:⁊ caſtellanoꝝ in preſenti capitulo huius tituli contentam ex integro computare in camera nr̃a computoꝝ hoc edictum ad bailiuos nr̃os caſtellanias intra bailiuatus ſibi commiſſos habẽtes:ſaluis his que ſupius ſtatuta ſunt de reſidẽtia in caſtris fronteriaꝝ faciẽda penitus exercẽtes ab huiuſmodi recupatione:⁊ exactione particulari ꝓ nobis fiẽda excuſantes:⁊ excuſatos haberi volẽtes caſtellanos nr̃os in quoꝝ caſtellanijs ſunt ⁊ fuerunt pſalterij prepoſiti



prepoſiti miniſtrales:ſeu alij officiarij perpetui ad exigenda iura tributa:⁊ debita nr̃a in feudũ aut alias iure hereditario conſtituti. Quorum iuribus ⁊ oneribus huiuſmodi exactiones conſuetas exercendi:derogare non intendimus:nec volumus: Necnon de ⁊ ſuper exactionibus pedagiorũ ⁊ aliorum iuriuꝫ noſtrorum in quibus alij ſpeciales exactores per nos fuerunt deputati.

¶ Quod bailiui ⁊ caſtellani ſententias ordinationes ⁊ mandata conſiliariorum ⁊ iudicum domini prompte ⁊ diligenter exequantur.

CUm in operibus iuſticie executiones ſint maxime neceſſarie tanq̃ꝫ cauſis ⁊ negocijs finem imponẽtes hoc edicto perpetuo iubemus:q̴ bailiui ⁊ caſtellani noſtri omnes ⁊ ſingulas ſententias mãdata:⁊ ordinationes a nobis ⁊ curijs noſtris conſiliorum noſtrorum nobiſcũ:⁊ chãberiaci reſidẽtiũ:necnon iudicum noſtroꝝ ordinarioꝝ:⁊ delegatorum per litteras auctenticas alterius curiarum emanatas ⁊ ipis bailiuis:⁊ caſtellanis ſeu eorum locatenentibus directas iuxta ipſarum litterarum formas:⁊ tenores prõpte:⁊ diligenter exequant̃:pareantqꝫ:⁊ obediant dictaꝝ curiarum noſtrarum:⁊ cuiuſlibet earũ mãdatis. Sub pena centum librarum fortium ꝑ quẽlibet ipſoꝝ bailiuorum:⁊ caſtellanorum q in executione ipſarũ litterarum:⁊ mandatorum negligentes fuerint vel inobedientes pro qualibet inobedientia ſeu negligentia ipſo facto committenda:et fiſco noſtro applicanda. In ſuiſqꝫ computis:⁊ recepta per preſidentẽ magiſtros ⁊ auditores computorum noſtrorum intrãda vltra penã in ipſis litteris:⁊ mandatis comprehenſam:ſi que forſitan ibidem fuerit appoſita:niſi iuſtam ⁊ probabilem cauſam vel excuſationem allegauerit vel probauerint quare ad executiones huiuſmodi procedere recuſauerint ſuper qua ipſos allegantes:et proponentes per maiores ſuos decernimus fore audiendos: Que ſi iuſta:⁊ rationabilis per cognitores ſeu cognitorẽ comperta non fuerit dicti allegantes in penam incidant ſupradictam ipſo facto.

¶ Interdicuntur vni caſtellano duo officia:⁊ etiã vnum in loco ſui pr̃imonij ſeu originis

QUia pluribus intent⁹ minor eſt ad ſingula ſenſus. ambitionibus etiã cupidorum obuiare:ac ſubditorum noſtrorũ incõmodis prouidere volentes hoc edicto perpetuo interdicimus cuilibet caſtellanorum noſtroꝝ duo officia caſtellaniarum noſtrarum obtinere ſimul aut cũ vna ex caſtellanijs noſtris aliud quodcunqꝫ officium per quod exercitium debitum caſtellanie noſtre ſibi commiſſe ĩpediri poſſet: aut min⁹ vtiliter gubernari. Preterea ſicut ĩperiali ꝯſtitutione cautũ eſt hoc edicto ſalubri ꝓhibem⁹ ne quis in loco ſue originis aut ĩ quo patrimoniũ ſuũ vel maiorem eius partẽ obtinet officiũ caſtellanie exercere preſumat. Sub pena priuationis ipſi⁹ officij:necnõ viginti librarũ fortium in vtroqꝫ caſuũ predictorum per quẽlibet huius edicti tranſgreſſorem committenda ⁊ fiſco noſtro applicanda.

¶ Prohibentur oib⁹ bailiuis:⁊ caſtellanis eorũqꝫ locatenentibus receptiones ceſſionum penſionum donorum:⁊ munerum.

CUpiditati omnium malorum radici aduerſantes:omnibus ⁊ ſingulis bailiuis caſtellanis eorũqꝫ locatenentibus:⁊ ceteris officiarijs noſtris adminiſtrationẽ habẽtibus prohibemus:ne quis eoꝝ per ſe vel ſuos locũtenentes aut alias ĩterpoſitas perſonas recipere preſumat a quacũqꝫ pſona ſibi ĩ commiſſo officio ſubiecta aliquã ceſſionẽ debiti iuris actiõis vel querele quarũcũqꝫ titulo donatiõis venditiõis vel alio . Sub pena priuationis officij ſui ⁊ valoris dupli iuris ceſſi:hoc eodeꝫ edicto predictis bailiuis caſtellanis:⁊ officiarijs ac eorum locatenentibus interdicentes omnem receptionem ſeu ꝑceptionem pẽſionum donorumqꝫ ac munerum quorumcunqꝫ ratione officij:⁊ negociorum quem coram eis ventilarentur a ſubditis ſuorum officiorum etiam gratis oblatorum: Exceptis eſculentis ⁊ poculentis victus quotidiani cauſa paucis diebus cõſumẽdis. Et excepto iuſto:⁊ moderato ſalario pro labore ſuſtento in ꝑtes concordando vel in executione mandatorum iuxta moderationem horum noſtroꝝ ſtatutoꝝ eis ſine exactione quacunqꝫ ſponte pſentãda: Sub pena quadrupli eius qđ recepiſſe detectus fuerit talis recipiens per ipſuꝫ recipiẽtẽ cõmittẽda:⁊ fiſco noſtro vna cũ reſtitutione ſic acceptoꝝ ꝯtra formã hui⁹ edicti.

¶ Modus:⁊ menſura recipiendi concordias ſuper bannis:⁊ delictis per bailiuos:⁊ caſtellanos ſeu eoꝝ locatenentes.

UT delicta:⁊ exceſſus iuxta ipſorum delinquentium qualitates animaduerſione debita puniantur:⁊ omnis fraudis ſuſpicio euitetur perpetuo ſtatuim⁹ edicto:q̴ nullus caſtellanus ſeu ei⁹ locũtenẽs



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

ab aliqua perſona/ex ſubditis ſuoꝝ officiorum vel delinquētibus,ibidem exigere vel recipere ꝑſumat cōpoſitionē ſeu concordiam vice noſtra ſeu auctoritate ſui officij de ⁊ ſuꝑ aliquibꝰ criminibꝰ offenſis vel bānis per huiuſmodi perſonas commiſſis:ſeu de qbꝰ ipſe perſone inculpate forent in aſſiſijs publicis iudicum noſtroꝝ ordinariorum nec extra niſi preſentibus:⁊ conſentientibus iudicibꝰ predictis ordinarijs vel eorum locatenentibus:⁊ procuratoribus noſtris fiſcalibus indicaturum ſub quibus dicte caſtellanie conſiſtunt aut eorum ſubſtitutis:Exceptis minoribꝰ:⁊ leuibus delictis offenſis ⁊ bannis vſq; ad ſexaginta ſolidos fortiū:et infra communiter concordari cōſuetis:quēadmodū ſunt tranſitus per fundum alienum inuito domino fundi:occupationes ſeu reſtrictiones viarum:arationes aut foſſiones vel clauſiones poſſeſſionum alienarum infractiones ſaiſinarum ⁊ barraruꝫ debite per officiarios noſtros factarū ꝯtemptuſq; penarū inde impoſitarū:Necnon alij caſus leuiū offenſarum perſonarū vel realiū de quibus fuerit facta clama vel querimonia vel denunciatio per iniuriatos vel offenſos:in qbꝰ:⁊ eorū quolibet ac ſimilibꝰ leuibus poſſint dicti caſtellani noſtri aut eoꝝ locatenētes ī ſuis caſtellanijs in abſentia iudicū ⁊ ꝓcuratoꝝ predictorum recipere auctoritate propria officiariorum ſuoꝝ ꝯpoſitiōes:⁊ ꝯcordias a delinquentibꝰ nō tamen coactis directe vel indirecte.Sed ſpōte ipſas compoſitiones:⁊ cōcordias pendētibꝰ ſuꝑ huiuſmodi delictis:⁊ offenſis:Saluis ſemꝑ ⁊ ante oīa iuribus:⁊ emēdis perſonis conquerentibꝰ:⁊ damna paſſis iuxta delictorum ſeu offenſarū modum tractatu ipſoꝝ caſtellanoꝝ ſeu locatenētiū predictas ꝯpoſitiones recipientiū impendēdas amicabili cōcordia vel alias iuſte ſic ꝙ ipſe perſone cōquerentes damna vel iniurias paſſe contente remaneant.Necnō ī caſibꝰ mediocribus:vt puta rixis:rumoribꝰ:percuſſionibꝰ nō atrocibus.⁊ ſimilibus exceſſibus ex impetuoſitate:⁊ motu ire potiuſq; ex impreuiſa:⁊ animo deliberato procedētibus dum:⁊ quando huiuſmodi delinquentes ſine coactione incarceratiōe vel alia impulſione ſiniſtra:ſed ſponte:⁊ libere delicta:⁊ exceſſus ſuos de:⁊ ſuper qbus inculpabunt vel ſiat clame:denunciationes vel accuſationes per iiuriatos vel damna paſſos de recentu corā ipſis caſtellanis locorum huiuſmodi delictorum ſeu locatenentibꝰ eorum confitebunt ſe cōmiſiſſe humiliter implorantes ſe admitti ad compoſitionem gratioſam erga nos ⁊ partes ſeu perſonas iniuriatas vel offenſas ſine quocūq; alio proceſſu inde fiēdo.Marciationibuſq; dictoꝝ caſtellanoꝝ ſeu locatenentium inde ſe ſubmittētes,poſſint:et valeāt predicti caſtellani noſtri aut ipſorum locatenentes ꝯpoſitiones recipere.Saluis ſemper iuribus ⁊ ſatiſfactionibus iiuriatorum ſeu damna paſſoꝝ ante omnia tractandi:⁊ fiendis prout ſupra:Etiamſi banna predicta ſexaginta ſolidorū fortium excedant quātitatē dummodo delicta huiuſmodi ſint grauia maiora:⁊ talia eoꝝ pena ſit ordinaria mortis mutilationis membri:fuſtigationis:relegationis.⁊ publicationis bonorū:de ⁊ ſuper quibꝰ delictis maioribus:⁊ grauibꝰ penā ordinariā corporalē vel publicationem bonoꝝ exigentibus nullā concordiā ſeu cōponēdi directe vel indirecte publice vel occulte aut marciandi etiam cum ſpōte ꝯfitentibus vel marciari petētibus ꝑdictis bailiuis ſeu caſtellanis aut eoꝝ locatenentibus relinquimus.Sed omnino interdicimus hoc edicto ꝑpetuo poteſtatem.Sub pena decem librarū fortium per quēlibet huiꝰ edicti noſtri tranſgreſſorē quotiēs trāſgrediat committenda ⁊ fiſco noſtro applicanda.Et ſi forſan contra formam huius nr̄i ſtatuti aliquas ꝯpoſitiones martiationes ſeu ꝯcordias ꝑ quēq; caſtellanoꝝ ſeu eoꝝ locatenentium fieri imo veriꝰ attēptari cōtigerit huiuſmodi ꝯpoſitiōes:⁊ marciationes:nullas irritas ipſo iure fore decernimꝰ:⁊ manes.Et ne qd fraudis vel ſuſpitiōis in cōpoſitionibus marciationibꝰ ſeu ꝯcordijs dictis bailiuis:⁊ caſtellanis vt ꝑmittit recipi:⁊ fieri ꝑmiſſis committi valeat:ſtatuimus:⁊ iubemus ꝙ oēs ⁊ ſingule huiuſmodi cōpoſitiones marciationes ⁊ ꝯcordie ꝑ dictos bailiuos:⁊ caſtellanos nr̄os ſeu eoꝝ locatenentes recipiende:⁊ fiende recipi:⁊ fieri nō debeant nec valeant ſine preſentia ſcribe ſeu notarij curie in qua recipient aut eiꝰ ſubrogati:q ipſas cōpoſitiones marciatiōes ſeu cōcordias regiſtrare debeat:⁊ teneat in libro ſeu regiſtro ipſius curie cū ſpeciali delinatiōe ꝑſonaruꝫ cōponentium:necnō delictorū ſeu offenſarū ꝑ quibꝰ fient atq; quātitatū ipſarum ꝯpoſitionū dieiq; anni ⁊ menſis ac teſtium ibidē preſentium.Sub pena ſexaginta ſolidorum fortiū ꝑ caſtellanum ſeu locatenentes qui in predictis cōpoſitionibus marciationibꝰ ſeu cōcordijs tractādis:⁊ fiendis ſcribam curie ſue nō vocauerint ad ſcribendum ſeu regiſtrandum:⁊ vigintiquinq; ſolidorum fortium per ipſum ſcribā qui in regiſtrando defecerit pro qualibet vice cōmittenda ⁊ fiſco noſtro applicanda.

Quod nullus cogatur ad componendum nec denegent defenſiones facere volentibus ſed in ipſis defenſionibus audiantur.

Nullum volumus per aliquē bailiuorum iudicum aut caſtellanorum noſtrorum ſeu locatenentes eorum cogi vel induci ad cōponēdū de:⁊ ſuper aliquo crimīe vel offenſa vnde fuerit inculpatus.Sꝫ tales qui deliquiſſe inculpabuntur:⁊ dicent ſe velle defendere cauſamq; ſuam per ſententiam terminari poſtulabunt libere audiri ſtatuimus ⁊ mandamus:et ad ſuas defenſiones ac iura proponenda deq; ſua innocentia



innocentia quā allegabunt docendum admitti coram iudice ordinario loci in quo proceſſus contra eum intitulatus fuerit.Quē quidem iudicē in ipſo caſu huiuſmodi ꝓceſſum ⁊ cauſam illius.delicti partibꝰ debite auditis precipimus iuridice terminari pena centum ſolidorum fortiuꝫ compellenti vel inducenti quēq; ſuper aliquo crimīe inculpatū nō volētē ſeu nō petētem ad ꝯponendū.iminēte fiſco nr̄o applicāda.

Preceptio druliarū:⁊ omne extra fieri prohibent ī cōpoſitionibus ſeu marciationibꝰ

Ut predicte ꝯpoſitiones ſincere fiant ſine fraude oībus:⁊ ſingulis bailiuis iudicibus:caſtellanis noſtris ac eoꝝ locatenentibꝰ oēm ſpēm druliarū ſeu eius quod vulgariter vocant extra peti:⁊ fieri vel exigi a quibuſcunq; perſonis ꝯponentibus de ⁊ ſuper aliquibus criminibus vel offenſis penis pecuniarijs vel bannis penitus interdicimꝰ nihilq; ab huiuſmodi perſonis ꝯponētibus aliud volumꝰ extorqueri vel recipi niſi duntaxat quātitates pecunie ad quas pro iure noſtro ꝯpoſuerunt de qbus quidem pecunie q̄titatibus huiuſmodi cōpoſitionū dicti bailiui:⁊ caſtellani ratione ſuoꝝ officiorū caſtellaniaruꝫ habeāt:⁊ percipiant ꝓut habere:⁊ percipere conſueuerunt quartam partem pro vniuerſo iure ſuo.Saluis his que ſuperius ſtatuta ſunt in titulo de iudicibus ſuper cōpoſitionibꝰ que fiunt in aſſiſijs publicis ipſoꝝ iudicum ordinarioꝝ.Si quis vero huius edicti nr̄i ſalubris tranſgreſſor:temerarius extiterit:quicquā a quacūq; ꝑſona ꝯponēte exigēdo vltra quātitatē verā ipiꝰ ꝯpoſitiōis:ꝑ q̄libꝫ trāſgreſſiōe decē libras fortium fiſco nr̄o perſoluat:⁊ duplū recepti exacto reſtituat in penā ſue temeritatis ſic preſumpte.

De proceſſibus inquiſitionalibus fiendis per ſcribas curiarum.

Ne maleficia impunita remaneant hoc edicto ſtatuimus ꝙ bailiui:⁊ caſtellani noſtri:ac eoꝝ locatenentes de ⁊ ſuꝑ omnibꝰ delictis criminibꝰ:⁊ offenſis intra caſtellanias ſibi cōmiſſas perpetratis:per accuſationem denūciationē vel famā publicā:ſecretā informationē:vel alias legitime:⁊ iuxta ſtatuto ꝝ noſtroꝝ moderamen.ad notitiam ipſoꝝ bailiuorū caſtellaruꝫ:eoꝝ locatenentiū de dictis ꝑ ſcribas curiaꝝ ſuarum caſtellaniarū diligenter inquiri faciant.Qui qdē ſcribe inquirētes inde ꝓceſſus īquiſitionales decenter ſecundū delictoꝝ quātitates:⁊ ꝯditiones perſonarum intitulatos:⁊ articulatos forment:⁊ faciāt cum diligenti teſtiū examinatione:⁊ completis in libris dictarum curiaꝝ ſuaꝝ regiſtrēt vt per ipſos proceſſus veritas comperiri valeat de:⁊ ſuper inquiſitis:⁊ inde iuſticiā per ſententiam vel compoſitioneꝫ debite miniſtrari:niſi forſan delinquentes ſeu inculpati ante inchoatum proceſſum delicta ſua ſponte confiterentur:⁊ requirerent ꝙ inde nullus fieret proceſſus ſed admitterentur ad cōpoſitionē ſuꝑ huiuſmodi criminibus confeſſatis.Et tūc a formatione dicti proceſſus:ac alia inqſitione ſuperſedere volumus:⁊ iubemus.Sed duntaxat voluntarias confeſſiones talium delinquentiū vna cū eoꝝ ꝯpoſitionibꝰ ſufficienter deſignatis ī dictis libris curiarum per dictos ſcribas deſignari:Exceptis criminibus maioribꝰ:⁊ de ⁊ ſuper quibꝰ ꝯpoſitiōes admittēdi ꝑ ſtatuta nr̄a dictis bailiuis ⁊ caſtellanis eſt īterdicta facultas ī qbꝰ per diligētes inqſitiones ⁊ proceſſus prout ſupra inquiri volumus:⁊ iubemus pena ſexaginta ſolidoꝝ fortium bailiuo vel caſtellano viginti quinq; ſolidorum fortium ſcribe circa premiſſa negligentibꝰ pro qualibet negligentia:⁊ fiſco noſtro applicanda ipſo iure.

De proceſſibus inquiſitionalibus fiendis per ſcribas curiarum.

Ne fuga puniendos ſurripiat preſenti declaramꝰ ſtatuto ꝙ bailiui ⁊ caſtellani noſtri ſeu eoꝝ locatenentes poſſint ⁊ eis liceat ꝑſonaliter capere:⁊ incarcerari ſeu capi:⁊ incarcerari facere:⁊ mandare latrones publicos nocturnos:⁊ diurnos viarumq; inſidiatores:ruffianos ſeu lenones manifeſtos mendicantes validos ocio ꝯtinuo vacantes:luſores cū taxillis:⁊ alijs prohibitis ad pecuniā ꝯtinue ludentes Sedicioſos qui reperient ſeditiones:rumores:⁊ tumultꝰ ī villis ⁊ locis cōmouere ſeu tumultuoſas vices ⁊ clamores emittere cōtra quietē ſubditorum aut ꝯuenticulas monopolia ſeu cōſilia priuata ꝯtra publicam diſciplinam facere vel eis intereſſe aut arma:⁊ rixas:guerras,inſultus:aut offenſas publicas alicuiꝰ vel aliquorū auctoritate ꝓpria mouere perpetrare vel diſponere:vagātes:⁊ diſcurrentes de nocte ſine lumine patenti per ciuitates:loca ⁊ villas cū armis:gladijs:plumbatis:vel alijs offenſibilibus inſtrumētis Extraneos:⁊ ignotos ſtuphas lupanaria:⁊ cameras meretricum priuatarum aſſidue frequentantes aut de exploratione patrie vehemēter ſuſpectos vt pote ambulantes ī habitibꝰ heremitarū:⁊ vitā heremiticā non ſeruantes.Necnon ſeminantes publice vel occulte hereſes:⁊ diſcordias:ſectas:rebelliones:⁊ falſas contra deū:⁊ pollicia honeſtam opiniones:aſſaſinos qui in aliquibus famulantur.vel pecuniam accipiunt ad mandandum.diffidendum verberandum:vulnerandum offendendum:⁊ interdū interficiēdū

aliquē vel aliquos alchimiſtas vel falſos mōetarios q de alchimia aut falſe monete fabrica publice ⁊ no
torie diffami aut ſuſpecti ac etiam falſa moneta ſcienter ⁊ doloſe vtentes. Diuinatores quoq; hereticos:
ſortilegos incantatores mathematicos artibuſq; ſcientijs: ⁊ libris nigromanticis: ⁊ alijs damnatis: ⁊ re-
probatis vtentes. Et generaliter oēs ⁊ ſingulas pſonas vtriuſq; ſexus notorie delinquētes: ſeu ꝯtra quas
cōtinget fieri denunciationē: accuſationem vel querelā de crimine enormi aut atroci iniuria verberis vul
nerationis iterfectionis: violētie: ſpoliationis: furti: rapine vxoris filie ſororis vel ancille aut bonorū ſub
tractorum ac alios enormes criminoſos de fuga ſuſpectos in fragāti crimine deprehenſos. Ceteros autē
de aliquo vel aliquibus criminibꝰ vel offenſis ex quibꝰ vel propter que pena corporalis mortis: mutila-
tionis membri: fuſtigationis: relegationis: aut publicationis bonoꝝ non veniret infligenda inculpatos
ad denuntiationē partis vel alias ex fama publica. ¶ Dūmodo idonee cauere de iudicio ſiſti: ⁊ iudica-
tū ſoluēdo voluerint ⁊ obtulerint predictos bailiuos: ⁊ caſtellanos aut eorū locatenentes in ſuis caſtella
nijs incarcerari: ⁊ incarceratos retrudi vel detineri ſine cauſe cognitione vel noſtro aut alterius ꝯſiliorū
noſtrorum nobiſcum ⁊ chamberiaci reſidentium ſeu iudicū noſtrorū ordinariorum ſpeciali ⁊ litteratorio
mādato penitus inhibemus. Sub pena viginti librarum fortium ꝑ quēlibet bailiuū ſeu caſtellanū aut eo
rū locatenentē cōtrafacientē: ⁊ aliquē vel aliquos de ſupra exceptatis incarcerantē: ⁊ indebite carceribꝰ
detinentem vel arreſtātē ꝯmittēda: ⁊ fiſco noſtro applicanda: vltra intereſſe: ⁊ expenſas incarceratorū ar-
reſtorum ſeu detentorum contra formam huius noſtri edicti: In quibus decernimꝰ huiuſmodi preſum
ptores ipſis damna paſſis teneri: cuius quidem preſumptionis: ⁊ probibitionis contrafacte conctis pa-
teat libera accuſatio ſeu denunciatio.

*[Marginal manuscript note, left: n fiat incarce / ri aliqs ſine / ſpeciali mādato / iudicis vt in crim]*

¶ Quod pro debito pecuniario aut cauſa ciuili nullus arreſtetur
incarceretur niſi in caſibus infraſcriptis.

ABuſionibus ⁊ facilitati bailiuoꝝ ⁊ caſtellanorū noſtrorū ſeu eoꝝ locatenentium obuiare volētes ſta
tuimus ꝙ nullus bailiuus: caſtellanus: ſeu locūtenens quēq̄ cuiuſcūq; ſtatus vel conditionis fue-
rit capere arreſtare vel detinere preſumat aut capi arreſtari vel detineri facere: ⁊ mandare ꝓ aliquo de-
bito aut cauſa pecuniaria vel ciuili ad cuiuſcunq; perſone inſtantiam vel requeſtā ante cauſe ipſius cogni
tionē: ⁊ rē iudicatā vel de re iudiciali mandato in executionē rei iudicate: aut pro debito noſtro fiſcali: vel
niſi excōmunicatos ad monitionē ſeu requeſtā iudicum eccleſiaſticoꝝ: aut debitores aliquoꝝ fugiētes ſeu
de fuga veriſimiliter ſuſpectos ad requeſtam ſuoꝝ creditorum tunc debite cauentium de omni idēnitate
expenſarum: ⁊ damnorum ſi iniuſte tales debitores fecerint detineri ipſis detentis pſtāda ⁊ ſeruāda. Sub
pena decē librarum fortiū per quemlibet bailiuum caſtellanū: ⁊ locūtenentē huius ſalubris edicti noſtri
trāſgreſſorē pro qualibet tranſgreſſione ꝯmittēda ⁊ fiſco noſtro applicāda: vltra emendā damni itereſſe
iniurie: ⁊ expēſaꝝ cōtra formam huiꝰ ſtatuti detentorū. Ad quā emendam dicti ſtatuti nr̄i ipiꝰ violatorē
quēlibet decernimꝰ obligari damna paſſis ꝑdictis prompte faciēdam.

¶ Hic ꝓhibentur pignorationes ſeu repreſalie: ⁊ gagiamēta que fieri ſolēt per
quēdam abuſum in aliquibꝰ regionibꝰ nr̄is in ditione noſtra: ⁊ ecce.

ET ſi pignorationes quas vulgaris locutio repreſalias nominat i quibus aliꝰ pro alio pregrauatur
tāq̄ graues: ⁊ naturali equitati contrarie legibꝰ diuinis: ⁊ humanis ſint regulariter prohibite: q̄
tamen ille magis ⁊ idiſtincte prohibent̄ que contra illos exercentur contra quos ad ſuperiorē defectu iu-
ſticie facilis poteſt haberi recurſus: q̄ꝫ que ſine auctoritate ⁊ decreto ſuperioris ꝓcedunt̄: ⁊ exercent̄ abu
ſum quorundā caſtellanoꝝ tam noſtrorum q̄ ſubditorum nr̄orum cōtrarium damnātes: q ꝯtra ſubditos
nr̄os tam mediatos q̄ꝫ immediatos per viā requeſtarum: ⁊ adragmamētorum de caſtellano ad caſtella-
num: vel de caſtellano ad aliquē nobilē. Deinde pignorationum contra ſubditos caſtellaniarum: ⁊ ho-
mines nobilium non debitores. obligatos vel aſtrictos ꝓcedere nō formidant i grauē iacturam ſubdito
rum nr̄orum diuine maieſtatis offenſam: ⁊ reipublice leſionem hoc edicto ꝑpetuo prohibemus: inter et
contra ſubditos noſtros tam mediatos q̄ꝫ immediatos vel eorum bona dictas requeſtas ⁊ pignoratiōes
de cetero fieri vel concedi. Sub pena per caſtellanum ⁊ alium officiariū contrafacientē ꝓ qualibet vice
vigintiquinq; librarum fortium cōmittenda: ⁊ fiſco noſtro applicanda. Excepto contra ſubditos noſtros
terrarum belli loci treuoſi caſtellarij ⁊ amberiaci contra quos huiuſmodi pignorationes exercere non
vetamus: Si ⁊ q̄ꝫdiu officiarij dictarum terrarum dictis pignorationibus vtentur. Inhibentes oībus et
ſingulis ſubditis nr̄is tā mediatis q̄ꝫ immediatis: ne ꝑ aliquem curiarum nr̄arum vel ſubditorum noſtro
rum ⁊ maxime dictarum terrarum belli loci treuoſi caſtellarij ⁊ amberiaci aliq̄s pignorationes ꝑ modū
predictum



predictum ꝯtra ſubditos noſtros tā mediatos q̄ꝫ imediatos fieri faciāt vel procurēt contra hoc nr̄um edi
ctū: Sub pena pro quolibet: ⁊ qualibet vice contrariū faciente quinquaginta librarū fortiū ꝑ contrafaciē
tē ꝯmittēda. ⁊ fiſco noſtro irremiſſibiliter applicanda.

¶ Incarceratio alicuius vel aliquorum debet ſtatim per
incarcerantes nunciari iudici vel procuratori fiſcali loci.

CUm carcer non fuerit introductus ad penā ſed ad cuſtodiam ſtatuimꝰ ꝙ bailiui ⁊ caſtellani noſtri
ſeu eorum locatenētes q aliquē vel aliquos icarcerauerint ſeu incarcerari fecerint ac incarceratos te
nebunt: ſtatim huiuſmodi incarceratione denunciēt iudici aut procuratori fiſcali noſtris illius iudicature
in qua carcerati tenebunt̄. Si dicti iudex vel ꝓcurator i loco incarceratiōis interſint. Sin autē infra tres
dies ipſam incarcerationem immediate ſequentes vna cum notificatione cauſe ſeu caſus pro quibus ipſi
incarcerati vel incarceratus detinebuntur: vt ipſi iudex: ⁊ procurator ꝓuideāt breuiter ſuper examinatio
ne detenti vel detentorum huiuſmodi formationeq;: ⁊ complemento proceſſuum inde fiendorum vt aut
conuictos velox pena ſubducat: aut liberandos cuſtodia diuturna non maceret. Sub pena decem ſoli-
dorum fortium pro qualibet die qua ceſſauerint dicti bailiui caſtellani ſeu eorū locūtenentes predictas in
carcerationes ⁊ detētiones nunciare modo ſupradicto dictis iudici ſeu procuratori ꝑ illum qui negligēs
fuerit committēda: ⁊ fiſco noſtro ſine remiſſione applicanda.

¶ Quod nullus captus vel detētus de mandato ſuperioris
relaxetur per bailiuum ſeu caſtellanū niſi de eodē mādato.

UT debitus honor ab inferioribꝰ ſuperioribꝰ deferat̄: ſtatuimus ꝙ nullus bailiuus caſtellanꝰ ſeu eo
rum loc ūtenens aliquē vel aliquos captos ſeu arreſtatos vel detētos de mandato nr̄o aut alterius
ꝯſiliariorum noſtroꝝ nobiſcum vel chamberiaci reſidētium: ſeu iudicū ordinarioꝝ aut alioꝝ officiarioꝝ
noſtrorum maiorum ad hoc poteſtatē habētium relaxare ab huiuſmodi detētionibus ſeu arreſtis: niſi de
ſpeciali mandato illius vel illoꝝ q captionem vel detētionē ipſam fieri mandauerint ſeu nr̄o aut alteriꝰ di
ctorū conſiliorum noſtrorum aut alioꝝ ſuperiorum officiarioꝝ noſtrorum. Sub pena criminis pro quo al
ter relaxatꝰ ſeu relaxati detēti fuerint per temerarie relaxantes: ſubicienda ipſo facto.

¶ Que cauſe poſſint per caſtellanos ſeu eorum locatenētes audiri ⁊ terminari ⁊ quomodo

*[Marginal manuscript note, right: Cauſe per caſtellanos]*

NE dicti caſtellani aut eorum locatenentes procedant per ignota pro q̄ꝫ ſubditorum nr̄oꝝ vtilitate
ſtatuimus hoc edicto ꝙ dicti caſtellani ⁊ locatenētes videlicet quilibet in territorio ſibi ꝯmiſſe ca
ſtellanie audire poſſint: ⁊ debeant ac etiam decidere: ⁊ terminare cauſas ciuiles: ⁊ etiam pecuniarias bre
uiores ſeu modicas que ſine ſcriptis: ⁊ ordinaria cognitione ſeu iudiciali indagine expediri prout coram
ipſis: vt puta cauſas ſalariorum laboratorū: mercenariorum: in excolēdo vineas terras: falcādo prata: me
tendo: vindemiando: ⁊ alias laborando: ſalariorumq;: ⁊ cauſas breuiores ac modicas nutricum ancillaꝝ
famulorum ⁊ alioꝝ ſeruitoꝝ: agricolaꝝ: mecanicorum: viduaꝝ: orphanoꝝ: peregrinoꝝ: mercatorūq; ex-
traneoꝝ: ⁊ alioꝝ miſerabiliū ac modici ſtatus perſonaꝝ. Cū ⁊ qn̄ ipſi caſtellani: ⁊ locatenentes ſup huiuſ-
modi cauſis breuioribꝰ ⁊ modicis fuerint aditi. ⁊ corā ipſis facta clama vel petitio ſummaria ſine ſcriptis
iuris ſolemnitate: ⁊ figura iudicij. Quas qdem cauſas breuiores ⁊ modicas cauſas breuiter ⁊ ſine ſcriptis
fruſtratorijs dilationibus decidant ipſi caſtellani ſeu eorū locatenentes per dilationē iuramēti vbi a par
te parti deferret̄ vel refertur aut alias prout melius iuſte ⁊ ſummarie fieri poterit. Debitores autem qui
debita ſponte ꝯfitebuntur: vel qui alias per informationem ſummariam in cauſis minimis creditorū vel
iuramentum delatum a parte parti reperiantur debere ad huiuſmodi debita rationabiliter ⁊ vere obli-
gati cogant ⁊ compellant cogereq; ⁊ compellere debeant. ⁊ valeant ipſi caſtellani: ⁊ eorum locatenētes
ad ſoluēdum ⁊ ſatiſfaciendum ſuis creditoribus agentibus ⁊ iuſtitiam petentibus: ſeu clamam aut que-
relam ſimplici verbo facientibus de ⁊ ſuper pecunia ſibi debita vel alia re mobili parue extimationis
ſibi ſubtracta vel detenta: citra tamen caſum furti vel rapine per penarū impoſitionē vel pignoꝝ leuatio
nē ſeu captionē: venditionē: ⁊ ſubaſtationem: dato prius termino competenti de conſenſu actoris ipſi reo
vel alias arbitrio caſtellani ſeu locūtenētis coram quo huiuſmodi cauſa verteret̄ ad ſoluendum ipſi acto
ri ſecundum debiti vel rei quantitatem valorem: ⁊ perſonarum qualitates. Ita tamē ꝙ terminus ad ſol-
uendum ſpaciū viginti dieꝝ nō excedat: prout equibus fieri poterit: ⁊ debebit: ſeruata i leuatiōe huiuſmo
di pignoꝝ ac impoſitione penaꝝ modeſtia: videlicet ꝙ pena quantitatem debiti nō excedat: ſed ſit minor



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМ. І. І. МЕЧНИКОВА

pignus vero duplũ ipſius debiti nõ trãſcendat. ¶ Cauſas etiã corã dictis caſtellanis ſeu eorum locatenẽtibus ſeu clamas: ⁊ querellas de ⁊ ſuper terminatione poſſeſſionũ: aratiõe terre aliene aut foſſione vinee falcatiõe alicuius partis prati: aut leuatione aliquoꝝ fructuũ poſſeſſionũ alienarũ: ⁊ ſimiles delatos audiãt breuiterqꝫ decidãt ⁊ terminẽt vocatis ⁊ ĩterpoſitis aliqbꝰ probis viris ex vicinis partiũ de huiuſmodi terris: vineis: pratis ⁊ poſſeſſionibꝰ ac eaꝝ terminis noticiã habẽtibus: parteſqꝫ ipſas inde ꝯcordẽt vt melius fieri poterit terminos ⁊ limites iter poſſeſſiones partiũ nõ bene limitatas imponi faciẽdo ꝑ eoſdẽ probos viros vel alios partibus nõ ſuſpectos cuilibet ipſarũ partium ius ſuum ſecũdum veritatẽ que inde haberi poterit tribuẽdo ſine ſcriptis. Ubi vero ⁊ qñ alique cauſe ciuiles pecuniarie vel ſimiles etiam breuiores corã dictis caſtellanis vel eoꝝ locatenẽtibus deferant: in quibꝰ reus debitũ vel rẽ petitã ſponte nõ ꝯfitebitur nec ꝯſentiet deciſioni ipſoꝝ caſtellanoꝝ vel locatenentiũ: ſed petet remitti corã iudice ordinario loci: aut erũt adeo graues: ⁊ põderoſe ꝙ iudicialẽ requirent indaginẽ: ⁊ non poſſint per ipſos caſtellanos ſeu eorũ locatenẽtes ſup ipſis pacificari partes ipſe tũc ipſis caſibus vel altero ipſoꝝ audientias ⁊ terminationes taliũ cauſarum eiſdẽ caſtellanis: ⁊ eoꝝ locatenẽtibus penitꝰ interdicimꝰ hoc edicto. Sꝫ ipſas partes vna cum cauſis predictis coram iudicibus ordinarijs locoꝝ ꝑ eoſdem caſtellanos: ſeu locatenẽtes remitti: ⁊ ad certam diem nõ feriatam ꝓtinus aſſignari iubemus ad ipſas cauſas corã iudicibus ipſis proſequendas: ⁊ per eos diffiniendas: ꝙ̃ breuius ſalua iuſticia fieri poterit. ¶ Si quis vero caſtellanus vel locũtenẽs ĩ remiſſiõe huiuſmodi cauſarũ ⁊ perſonarum ꝯtra formã huius edicti nr̃i negligẽtem vel remiſſũ ſe exhibuerit: vel partes corã ſe litigare ꝯpulerit poſt petitionẽ dicte remiſſiõis penam viginti librarum fortium pro qualibet huiuſmodi negligentia ipſo iure ĩcurrat fiſco nr̃o applicanda.

¶ De ſequeſtrationibus ſaiſiuis ſeu bannis non fiendis niſi in certis caſibus.

SEqueſtratiões iure cõi ꝓhibitas oĩbus ⁊ ſinglis bailiuis caſtellanis: ⁊ eoꝝ locatenẽtibꝰ ꝓſalteriiſqꝫ ſeruiẽtibuſqꝫ gñalibꝰ miſtralibꝰ: ⁊ alijs officiarijs nr̃is hoc edicto ꝑpetuo inhibemꝰ: ne qs eorum aliquas ſequeſtrationes: ſaiſiuas ſeu barratiões de iure ꝓhibitas vt ſupra: aut ad manꝰ nr̃as vel alterius curiarũ nr̃aruꝫ appoſitionẽ ſeu reductionẽ facere vel fieri mandare p̃ſumãt de aliqbus bonis ſeu rebꝰ mobilibus: vel ĩmobilibꝰ ad cuiuſcũqꝫ pſone reqſitionẽ vl̃ ſine reqſitiõe de iure ãt nõ prohibitas: veluti qñ inter aliquos diſceptaẽ de poſſeſſione alicuiꝰ rei ĩmobilis: ⁊ de colligẽdis fructibꝰ ex illa ĩ meſſibus vl̃ vindemijs ac alijs tẽporibꝰ colligendoruꝫ fructuũ ⁊ ipſi ꝯtẽdẽtes vel eorũ alter faciunt ꝑparatiões ad arma vel alias ad opera facti ꝓ ipſis fructibꝰ violẽter colligẽdis. Quo caſu dictis caſtellanis: ⁊ ceteris officiarijs nr̃is ꝑmittimꝰ huiuſmodi fructꝰ ipſamqꝫ rẽ ĩmobilẽ de cuius poſſeſſiõe ꝯtendiẽ ſequeſtrari ſeiſiri: et ad manꝰ nr̃as ſeu curie nr̃e reduci ipſos fructus ſub eiſdẽ manibꝰ ꝑ aliquẽ vel aliquos ꝓbos viros ptibꝰ nõ ſuſpectos ſine q̃cunqꝫ diminutiõe recolligi: ⁊ ꝯſeruari faciẽdo ad opꝰ ius habẽtis donec fuerit cognitum ꝑ iudicẽ ordinariũ loci de iuribꝰ ptiuꝫ ne pereãt ipſi fructꝰ: Jubẽtes dicto caſu ꝙ eiſdẽ ptibus oẽꝫ rixam: omnemqꝫ viã facti ſub penis formidabilibus interdicãt: ⁊ ſi neceſſe fuerit vi armata ĩpediant vel auferãt: necnõ ipſas ptes corã iudice ordinario p̃dicto: eo tunc ad certã diem breuem citent ⁊ aſſignent d̃ iurib{9} ſuis dicturas: ⁊ ordinationẽ ipſius iudicis audituras. ¶ Secundo qñ inter aliquos vertiẽ ꝯtentio de aliqua vel aliqbus rebus mobilibus: ⁊ ille penes quẽ huiuſmodi res ꝯſiſtunt erit ſuſpectus de fuga vl̃ occultatione trãſlatione: aut alienatiõe ipſiꝰ vel ipſarum rerum de quibus contenditur: tunc per ipſos caſtellanos aut ceteros officiarios noſtros ſuper hoc debite requiſitos ſequeſtrationes ſaiſiue barrationes aut ad manus nr̃as reductiones ipſius: vel ipſarum rerum ꝯtentioſaruꝫ fieri poterunt ⁊ debebunt. Et in alijs caſibus de iure ꝑmiſſis fieri non prohibemꝰ: Jta tamen ꝙ per aliquã ſequeſtrationẽ manꝰ nr̃e appoſitionem vel ſaiſiuam agricultura recolectio fructuum non impediatur. Et quod cautione preſtita de ſtãdo iuri ⁊ iudicatũ ſoluendo tollanẽ ⁊ ſemel remota pro eadẽ cauſa non reducanẽ ſeu reiterenẽ ſequeſtrationes ſaiſiue. ſeu manus appoſitiões p̃dicte. Si quis autẽ dictorum caſtellanorum: ſeu aliorum officiariorũ noſtrorum: ſequeſtrationes ſaiſiuas barrationes: ſeu ad manꝰ noſtras vel curie nr̃e reductiões fecerit de aliqbꝰ bonis mobilibꝰ. ⁊ ĩmobilibꝰ: ꝓterqꝫ in dictis caſibꝰ vl̃ eorũ altero aut ſine cognitiõe aut iudiciali mãdato p̃cedẽtibꝰ: aut ꝑ eos agriculturã vl̃ recolectionẽ fructuũ ĩpedirẽt penã cẽtũ ſolidorũ fortiuꝫ pro qualibet vice ipſo facto ſe nouerit ĩcurſurum fiſco noſtro irremiſſibiliter applicanda.

¶ Nullus cogaẽ ad denunciandũ vel clamam faciendum contra offenſores: ⁊ inde nullo modo moleſtetur.

CUm nullus cogi debeat ad agendum hoc edicto perpetuo prohibemus omnibus ⁊ ſingulis bailiuis: caſtellanis ⁊ ceteris officiarijs nr̃is neq̃q̃ cogere preſumant ad denunciationem vel clamaꝫ faciendum



faciendum contra aliquem vel aliquos iniuriatores vel offenſores ſuos: nec talem ſeu tales q denunciare offenſam iniuriã vel damnum ſibi illatas: vel inde clamam facere noluerit occaſione ſumpta ꝙ ius noſtrum celauerit: ſeu quouis alio queſito colore moleſtare: Sub pena vigintiquinqꝫ ſolidoꝝ fortiuꝫ per cõtrafacientem committenda ⁊ fiſco noſtro applicanda.

¶ De reparatione ⁊ manutentione viarum.

INter onera officio caſtellanoꝝ incõbẽtia p̃fatis bailiuis: caſtellãis ſeu eoꝝ locatenẽtibꝰ ſollicitudinẽ habere decernimꝰ: ⁊ mãdamꝰ circa vias ſeu ſtratas publicas bene ⁊ decẽter manutenẽdas: ⁊ vbi et quotiẽs reparatiõe egebũt debite reparãdas. Ad quorũ excuſationẽ: ſtatuimꝰ ⁊ iubemꝰ ꝙ dicti bailiui et caſtellani ſeu locũtenẽtes bis ĩ quolibet anno videlicet in principio mẽſiũ marcij: ⁊ ſeptẽbris vocatis pſonis poſſeſſiões ꝯtiguas vel ꝓpinquas ipſis vijs habẽtibꝰ: ⁊ alijs quaꝝ intereſſe poterit: viſitẽt: ⁊ viſitare tenẽaẽ vias ſeu ſtratas publicas caſtellaniaꝝ ſibi ꝯmiſſaꝝ etiã nõ expectata denũciatiõe alicuiꝰ vel aliquorũ. Et ſi ꝑ viſitationẽ huiuſmodi reperiãt ipſas vias aut eaꝝ aliquã ſpinis: dumis: paludibꝰ: ⁊ foſſalibus: clauſuris vel alias occupatas vel reſtrictas: aut alias reparatione egẽtes illas iubeãt: ⁊ faciãt repari ⁊ ad debitũ ſtatũ reponi ꝑ illos q habẽt poſſeſſiões ipſis vijs ꝯtiguas: ac ẽt remotas ſi opꝰ ſit ꝑ iniũctiões eis fiẽdas: Sub pena ꝓ qualibet cui fieret talis iniũctio quattuor ſolidoꝝ fortiũ nõ excedẽte: datis termis cõpetẽtibꝰ illis qbꝰ fiẽt huiuſmodi iniũctiões ad ipas repatiões faciẽdas ⁊ modis qbꝰ debebũt ipſe vie reparari. Jn his ãt reparationibꝰ iniũgẽdis ꝓuideãt dicti bailiui: caſtellãi: ſeu eoꝝ locatenẽtes dictas vias viſitãtes: ꝙ quelibet ipſaꝝ viaꝝ publicaꝝ habeat debitã latitudinẽ ſine oĩ occupamẽto: videlicet octo pedũ in rectitudĩe: ⁊ ſedecim pedũ ĩ anfracto ſeu ĩ reflexo ipſaꝝ viaꝝ. ¶ Et vt penaꝝ p̃dictaꝝ formitudine hi q bus fiẽt iniunctiones ſupradicte ad reparatiões ipaꝝ viarũ facilꝰ arceanẽ omnes: ⁊ ſingulas iniunctiões huiuſmodi: vna cum deſignationibus ſpecialibus perſonarum quibus fient ac oneribus cuilibet earũ impoſitis modiſqꝫ reparationum terminis ad reparandum prefixis: ⁊ penis cuilibet impoſitis iubemus per ſcribas curiarum dictarũ caſtellaniarũ: qui in predictis viſitatiõibꝰ adeſſe debeãt in libris ipſarũ curiarũ diligenter regiſtrari. ¶ Si que vero ex dictis perſonis quibus fuerint facte dicte iniũctiões. iniuncta ſibi non adimpleuerint infra terminos ad hoc eis datos vel prefixos: nolumꝰ propter hoc ipas pſonas negligentes ꝑ dictos caſtellanos ſeu eoꝝ locatenẽtes inqetari vel moleſtari quoquomodo ꝑ proceſſus inqſitionales arreſtationes vel detentiones perſonarũ niſi dũtaxat per penarũ eis impoſitarũ exactionẽ poterit tamen ipſis negligentibus pena tunc duplicari ad cõplendũ infra alios terminos ſibi prefigẽdos ꝙ obmiſerint ſeu neglexerint. ¶ De his autẽ vijs ſeu ſemitis vicinalibꝰ: ⁊ non publicis dictos bailiuos caſtellanos ſeu eorum locatenentes oĩno vetamꝰ ſe immiſcere niſi ad clamã ſeu denũciationeꝫ perſonarum quarũ itererit: Et tũc fiãt per ipſos officiarios debite reparationes iuxta ꝯpertã inde veritatẽ vel ꝯcordie inter partes: Pena decẽ ſolidorũ fortium cuilibet bailiuorum: caſtellanorum ſeu eorum locatenentiũ negligenti in premiſſis pro qualibet negligentia irremiſſibiliter imminente.

¶ De refectione ⁊ manutentione pontium.

POntes in locis neceſſarijs: ⁊ cõſuetis in ſtatu decẽti manuteneri: Et quotiens refectione ſeu reparatione egebũt refici ⁊ reparari per cõmunitates locorũ: aut perſonas priuatas quarum oneri ipſorũ pontium manutentio: ⁊ refectio incombent. Jubemꝰ omnibus ⁊ ſingulis bailiuis caſtellanis nr̃is: ſeu eorum locatenentibꝰ committentes: ⁊ mandãtes hoc edicto quatenus ad debitaꝫ manutentionem refectionem ⁊ reparationẽ ipſorũ pontiũ in locis caſtellaniarũ ſibi cõmiſſarũ conſiſtentiũ: ⁊ cõſuetorũ: taꝫ vniuerſitates ipſorũ locorũ: ꝙ̃ perſonas: ad quarum onera ipſorum pontiũ manutẽtiones refectiones: ſeu reparationes incombere dignoſcenẽ: vocatis ſindicis: ⁊ proborũ ⁊ antiquorũ virorũ ipſorũ locorũ multitudĩe quorum teſtimonio de oneribus ipſorum pontium cui vel quibꝰ immineãt diligẽter ſe informẽt: viriliter cogãt ⁊ cõpellant per iniunctiones cum prefixionibꝰ terminorum ꝯgruorum his quibꝰ huiuſmodi onera pertinebunt faciendis. Sub pena per dictos bailiuos caſtellanos ſeu eorum locatenentes iuxta perſonaꝝ ⁊ negociorum qualitates arbitrandis. Quas quidem iniunctiones cum ſpecialibus deſignationibꝰ vniuerſitatum ſeu perſonarum quibꝰ fient: necnon refectionẽ ſeu reparationem fiendarum modorũ ⁊ terminorum prefixorum: ac penarum ĩpoſitarũ ꝑ ſcribas curiarũ caſtellaniarũ in qbus ipſas iniunctiones fieri ꝯtigerit: qui tunc ibidem perſonaliter cum bailiuis caſtellanis ſeu eorum locatenentibus premiſſas iniunctiones facientibus adeſſe teneantur in libris ipſarum curiarum: precipimus hoc edicto diligenter miniſtrari. ¶ Ubi vero dicti bailiui: caſtellani ſeu eorum locatenentes reperient aliquos pontes eorumque manutentionem ⁊ refectionem oneri noſtro in totum vel in partem incombere ipſos pontes vice noſtra

manutenea[n]t: conſtruant: ⁊ reparent expenſis noſtris pro parte oneris nobis incombentis. Quas quidē expenſas rite: ⁊ ſine dolo factas precipimus per preſidentem: magiſtros ⁊ auditores computorū noſtrorum eiſdem bailiuis: caſtellanis ſeu eoꝝ locatenētibus predictas reparationes: ſeu refectiones facientibꝰ in eorum computis debite allocari. Et ſi forſan huiuſmodi reparationes ſeu refectiones pontium noſtrorum eſſent minus vel ſatis ſumptuoſe ad ipſas faciendas procedere non preſumant dicti bailiui: caſtellani ſeu eorum locatenentes: ſine noſtra vel dictorum preſidentis magiſtrorum: ⁊ auditorum noſtrorū cō putorum deliberatione precedente. pena ſexaginta ſolidorum fortium cuilibet dictorum officiariorū noſtrorum cuius negligentia vel culpa dictorum pontium manutentio refectio: ſeu reparatio neceſſaria remanebit inexpleta ipſo iure imminente fiſco noſtro applicanda.

Quod bailiui caſtellāi: aut alij officiarij bona eccleſiarum ⁊ eccleſiaſticorum defunctorum nō inuadāt nec guardijs ſe ingerāt: niſi in certis caſibus.

Eccleſiaſtice libertati atqꝫ ꝓtectiōi fauere volētes vt tenemur: Vniuerſis ⁊ ſingulis bailiuis: caſtellanis ⁊ ceteris officiarijs nr̄is qbuſcunqꝫ hoc edicto ꝑpetuo inhibemus: ne qs eoꝝ per ſe vel aliū ſeu alios res ⁊ bona eccleſiarū cathedralium: abbacialium: ꝯuentualium collegiataꝝ: parrochialiū ⁊ quorūcunqꝫ alioꝝ beneficiorum ac virorum eccl'iaſticoꝝ: regulariū ⁊ ſecularium: clericorūqꝫ ſolutoꝝ beneficiatorum ī qbuſcunqꝫ dignitatibus: gradibus: ordibꝰ: ſeu bn̄ficijs eccl'iaſticis ꝯſtitutoꝝ viuorum vel defunctorum iuadere: capere: trāſferre: ſaiſire: vel ad manus nr̄as aut curiarum ipſorū officiariorū reducere: aut ſucceſſores ipſoꝝ eccleſiaſticoꝝ bn̄ficiatorū ad quos ꝑtinere debebūt ipſe res: ⁊ bona in poſſeſſione earundē rerū ⁊ bonoꝝ turbare: īpedire vl' moleſtare ꝑſumāt ſub occaſione cuſtodie ſeu guarde: vl' quouis alio queſito colore: nec penuncellos arborū noſtrorū ī domibus ipſorū eccleſiaſticoꝝ: aut eccleſijs ſeu bn̄ficijs ī ſignū ꝓtectionis ſeu ſaluegardie: vel alias apponere vel affigere ſine nr̄o aut nr̄i ꝯſilij nobiſcū reſidētis ſpeciali mandato. Saluis iuribus ⁊ honeſtis cōſuetudibus nr̄is in ꝑdictis: vel niſi ad inſtantiā ⁊ requeſtā ius in ipſis rebus ⁊ bonis huiuſmodi defunctoꝝ eccleſiaſticoꝝ: aut bn̄ficijs ipſis veriſimiliter ſe habere pretendentium ſeu ad reqſitionē dioceſanoꝝ aut aliorū ꝑlatoꝝ ordinariorū huiuſmodi eccleſiarū: ⁊ beneficiorū quorum reqſitionibus principaliter pareri volumus: ⁊ mandamꝰ: aut qn̄ viderint dicti officiarij nr̄i locoꝝ aliquos pro intrandis beneficijs: aut bonis predictis ſurripiendis ad arma vel opera facti ⁊ violentie ꝓſilire: Sub pena viginti librarū fortium ꝑ quēlibet officiarijs huius edicti ſaluberrimi trāſgreſſorē quotiēs trāſgrediet cōmittēda ⁊ fiſco noſtro applicāda. Saluis ⁊ reſeruatis iuribus nr̄is ⁊ alienis in bonis ⁊ rebꝰ clericorū ⁊ viroꝝ eccl'iaſticoꝝ occaſiōe feudi manus mortue vel eſchite de iure vl' ex antiqua conſuetudine pacto recognitione vel alias legitime nobis: ⁊ alijs pertinentibus. ¶ Per hec etiam non intendentes dictis officiarijs noſtris cuſtodias ſeu guardas eccleſiarum: ſeu eccleſiaſticorum beneficiorum vacantium ad nos de antiqua conſuetudine. vel pactis ſeu conuentionibus: Aut alijs iuſtis titulis pertinentes prohibere. ¶ Quo minus ipſi officiarij noſtri eaſdem eccleſias ſeu beneficia eccleſiaſtica vacantes et vacantia in quibus cuſtodiam ſeu guardiam ex cauſis premiſſis vel earum altera habemus: Et domos atque bona earundem more ſolito cuſtodiant: tueantur: et defendant tempore vacationis earum ab illicitis violentijs intruſionibus rapinis ⁊ alijs facti operibus. Dummodo predicti officiarij noſtri: vel alij per eos ad hoc deputati: bona ipſarum eccleſiarum ſeu beneficiorum vacantium: ac eccleſiaſticorum defunctorum nullatenus attingant: nec per alios attingi capi vel aſportari permittant. Sub pena viginti librarum fortium per quemlibet committenda: ⁊ fiſco noſtro irremiſſibiliter applicanda.

Quod bailiui caſtelllani vel alij officiarij bona peregrinorum defunctorum non rapiant: ſed ea ſub fida cuſtodia conſeruent.

Quia bona peregrinorum defunctorum iuxta conſtitutiones Imperiales ſunt heredibus eorum conſeruanda. Et vbi non apparuerint heredes. per locorum epiſcopos diſponenda: ⁊ diſtribuēda. ¶ Prohibemus hoc edicto omnibus ⁊ ſingulis bailiuis: caſtellanis ⁊ alijs officiarijs noſtris: ne de rebus ſeu bonis peregrinorum in locis ſibi commiſſarum caſtellaniarum: defunctorum quouis modo ſe intromittere preſumant: ¶ Niſi ad conſeruationem ipſorum bonorum ea integraliter: ⁊ ſine quacunque diminutione: ſeu diſtractione per inuentarium recolligendo in preſentia rectorum parrochialium



chialium eccleſiarum necnon ſindicorum. Et vbi non erūt ſindici trium vel quattuor proborum virorū locoꝝ obitus ipſoꝝ peregrinoꝝ. Deinde ipſa bona īuentaria ta penes aliquē probū virū loco tuto ⁊ ſub fida cuſtodia reponenda ad opus ipſoꝝ heredū ipſoꝝ peregrinoꝝ defunctoꝝ. Quibꝰ accedētibus ad ipſa loca ipſaqꝫ bona petētibus: ⁊ ꝑſonas ſuas ad huiuſmodi petitiōes iuſtificātibus īfra annū a diebꝰ obitus ipſoꝝ peregrinoꝝ ꝯputandum: eadem bona ipſis heredibus expediri volumus ⁊ mandamus debita cognitiōe ꝑcedente. Si vero infra dictū annum nulli heredes compareāt vel pro ſe mittant: tunc huiuſmodi res ⁊ bona ꝑegrinoꝝ defunctoꝝ in defectu heredū epiſcopis locoꝝ ſeu ꝑ eos deputatis tradant in integrū chriſti paupibꝰ ſcđm formā iuris diſtribuēdas ceſſante omni difficultate ſeu impedimēto ꝑ dictos officiarios noſtros: vel eoꝝ alterum apponendis. Sub pena priuationis ſui officij: ⁊ viginti quinqꝫ librarum fortium per quēlibet officiarium noſtrorum huius edicti noſtri violatorem committenda ⁊ fiſco noſtro applicanda.

Quod bailiui ⁊ caſtellani non emant victualia a ſubditis nomine domini.

Grauaminibus ſubditorū vt tenemur occurrere volentes omnibus ⁊ ſingulis bailiuis: ⁊ caſtellanis ac alijs qbuſcūqꝫ officiarijs ⁊ eorū locatenentibus hoc edicto perpetuo prohibemus ne a qbuſcunqꝫ ſubditis noſtris vel alienis nomine nr̄o ſeu pro nobis aliqua victualia emere preſumant: aut quouis modo extorquere ſine noſtro ſpeciali mandato ꝑ noſtras patētes litteras ſibi facto: nec tūc niſi quantitates ipſarū victualium in ipſis litteris noſtris expreſſas ⁊ iuſtis precijs mediantibus. Sub pena priuationis ſuorum officiorum vltra emendam integram damna paſſis ſuper eos faciendam.

Quod bailiui ⁊ caſtellani locūtenentes ſibi ſubſtituere poſſint. Sed nec eis: nec alijs ſua officia dare ad firmam ſeu penſionem.

Vt bailiuoꝝ ⁊ caſtellanoꝝ noſtroꝝ neceſſitatibus ⁊ negocijs ſuccurrat: eis ⁊ eorum ſingulis indulgemus: liberāqꝫ facultatē ſibi eligendi ⁊ loco ſui ſubrogandi vnū vel duos vices eoꝝ gerentes ſeu locatenentes cōcedimus nobis ſi neceſſe fuerit preſentandos: q huiuſmodi bailiuatuū: ⁊ caſtellaniaꝝ officia in qbus erunt ſubſtituti fideliter diligenter: ⁊ ſub periculo eoꝝ ſubrogantiū regant ⁊ gubernant iuxta ſtatutoꝝ noſtroꝝ ſanctiones in abſentia ſuoꝝ magiſtroꝝ duꝫ ⁊ qn̄ ipſi bailiui ⁊ caſtellani aliqua iuſta cauſa fuerint abſentes aut alias impediti. Per hoc tamen non intendentes quēquā ex ipſis bailiuis ſeu caſtellanis noſtris a reſidentia in ſuis officijs: ⁊ locis debitis iuxta ſtatuta noſtra per eos facienda eximere vel excuſare. Inhibentes nihilominus omnibus ipſis bailiuis caſtellanis: ⁊ officiarijs noſtris quibuſcūqꝫ ne ſua officia aut eorum ꝓuentus accuſare amodiare aut ad firmam: vel penſionem annuam dare: vel concedere predictis eorum locatenentibus: aut quibuſcunqꝫ alijs directe: vel indirecte preſumant. Sub pena priuationis dictorum ſuorum officiorum.

Quod bailiui ⁊ caſtellani poſſint: ⁊ debeāt eligere ⁊ cōſtituere familiares ⁊ ſeruientes curiarum: necnon miſſilierios ⁊ bannerios ſeu camparios ⁊ ſubrogatos per alios confirmare.

Ad executionem officioꝝ ipſorum bailiuatuum ⁊ caſtellaniarum hoc edicto ſtatuimus qꝰ omnes et ſinguli bailiui ⁊ caſtellani poſſint ⁊ ſibi liceat in ſibi commiſſis caſtellanijs creare ⁊ conſtituere miniſtrales: baſtonerios: ſeruiētes: familiares: ⁊ nuncios curiarum ſuarum ad tempus per ipſos bailiuos ſeu caſtellanos moderandum enſes: baculos: ⁊ arma noſtra portantes in ſignum ſibi cōmiſſi officij ad quos pertinere decernimus eſſe apparitores: ⁊ executores mandatorum noſtroꝝ necnon conſiliorum iudicū ipſoꝝ bailiuorum: ⁊ caſtellanoꝝ noſtroꝝ: ſi ⁊ quotiens eis ⁊ eorum cuilibet fuerit imperatum in numero tamen competenti ⁊ moderato iuxta officioꝝ ⁊ locorum ipſorum exigentiam quos etiā poſſint dicti bailiui: ⁊ caſtellani ab huiuſmodi officio deponere ⁊ amouere quando videbunt ipſos inutiles ⁊ damnoſos. Liceat inſuper dictis bailiuis ⁊ caſtellanis cōſtituere bānerios: camparios: et miſſilieros ad fructus poſſeſſionū cuſtodiēdos ſubditorū ſeu preſentatos per cōmunitates locorū et alios ad quos ſpectat cōfirmare. Saluis iuribus ⁊ penſionibus inde nobis debitis per firmatarios dictorum officioꝝ in locis in qbus eſt ſemꝑ cōſuetum huiuſmodi officia nomine noſtro ad firmam concedi ſub penſione inde nobis ꝑſoluēda. Qui qdē firmatarij poſſint ad ipſa officia alios idoneos loco ſui ſubrogare. Et huiuſmodi ſubrogati debeāt caſtellano loci ꝑſentari et ꝑ eū confirmari. Saluis etiā iuribus ⁊ emolumentis ſalterioꝝ miſtraliū

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ꝛ miſſeleriorum ſeu campariorum ꝑpetuorum quorum iuribus: ꝛ vſibus huiuſmodi officioꝝ derogare non intēdimus nec volumus: quin per ſe vel per alios idoneos ſubrogatos caſtellanis locoꝝ preſentandos: ꝛ per eos confirmādos ſua officia perpetua vna cum perceptione emolumentorum conſuetorum valeant libere exercere. ¶ Liceat etiam ipſis bailiuis ꝛ caſtellanis in caſtellanijs ſibi cōmiſſis porterios: ꝛ nuncios vniuerſitatum per ſindicos eorum preſentandos ꝛ eligendos confirmare ꝛ admittere. Ab ipſis autem oībus ſeruientibus familiaribus miſtralibus: baſtonerijs: camperijs: miſſilierijs porterijs ꝛ nuncijs tam principalibus ꝙ̄ ſubrogatis dum ꝛ quādo per dictos bailiuos ꝛ caſtellanos ſeu eorum locatenētes aſſument ꝛ cōfirmabunt: ꝛ eorum quēlibet exigi volumus per dictos aſſumentes ſeu cōſtituentes aut cōfirmantes corporale iuramētum: ꝙ huiuſmodi ſibi officia fideliter ꝛ diligēter exercebunt veritatē de viſis ſcitis: ꝛ executis ſine fraude referēt neminēq́ȝ in officioꝝ ipſorum exercitio iniuſte opprimēt vel grauabunt aut quicq́ȝ a quibuſuis ꝑſonis indebite extorquebunt. Statutaq́ȝ noſtra ꝛ alia dictis officijs ſibi cōmiſſis incombentia ꝓ viribus obſeruabūt: ꝛ extra loca in q̄bus erunt deputati: niſi de mandato noſtro aut conſiliarioꝝ noſtroꝝ officia predicta nō exercebunt. Et inſuper oēs ꝛ ſingulos p̄dictos miſtrales baſtonerios: ſeruiētes: familiares cāperios: miſſilierios: porterios ꝛ nuncios ſic vt premittit aſſumptos vel cōfirmatos reſcribi ꝛ regiſtrari volumus in libris curiarum noſtraꝝ locorū in q̄bus erūt cōſtituti vel ſubrogati ꝑ ſcribas ipſaꝝ curiarū ſub nominibus ꝛ cognominibus eorūdem annoq́ȝ menſe: ꝛ die q̄bus cōſtituti vel cōfirmati fuerint ne ꝑ alios quā per ipſos predicta officia valeant exerceri. Qui ſi errent aut alias delinquant vel deficiant in exercitijs ſuorum officiorum ſuper leuibus ꝛ minoribus caſibus poterunt per predictos bailiuos ꝛ caſtellanos eoꝝ ſuperiores caſtigari vel ab ipſis officijs deponi: in maioribus vero delictis ordinē iuſticie decernimus cōtra delinquentes fore ſeruādum ſeruientiū vero generalium cōſtitutionē tāquā proprium officioꝝ noſtrorū prout infra ſtatuitur nobis ſpecialiter faciendam reſeruamus.

¶ De ſcribis ſeu notarijs curiarum bailiuorum ꝛ caſtellanorum.

¶ De qualitate officio: ꝛ iuramento ipſorum ſcribarum.

Scribas ſeu notarios vnum videlicet in qualibet curia bailiuorū ꝛ caſtellanorū eſſe ꝛ conſtitui oportet viros probos prudētes notos ſufficienter in arte notariatus inſtructos: ꝛ praticos notarioſq́ȝ publicos: ꝛ curie noſtre iuratos nobis ſubditos laycos vel clericos coniugatos. Et forſan ſi ex aliqua cauſa clericos ſolutos ad huiuſmodi officium contigerit aſſumi tales cauere debeāt ꝑ idoneos fideiuſſores nobis ſubditos mere laycos de ipm officium fideliter exercendo. reddēdoq́ȝ rationē de illo ſtatuta noſtra ſeruando: ꝛ penas ipſoꝝ ſtatutorū ſi quas talis clericus ſolutus aſſumptus ex negligētia vel alias īcurrerit ſoluēdo. Quorū omnium ſcribarum cōſtitutionem nobis ſpecialiter reſeruamus. Saluis iuribus ꝛ officijs ſcribarum ꝑpetuoꝝ qui ipſum officium habent: ꝛ tenent iure hereditario aut albergamento vel alio iuſto titulo: q̄bus per hec derogare nō intendimus nec volumus. Ad quoꝝ quidem ſcribarū officiū pertinere decernimus proceſſus inq̄ſitionales criminales cōficere acta predictaꝝ curiarum caſtellaniaꝝ noſtrarū: necnon oēs ꝛ ſingulas denunciationes accuſatiōes clamas: ꝛ querelas in ipſis curijs delatas ꝛ occurrentes compoſitioneſq́ȝ cōcordias ꝛ leuationes pignorū eorumq́ȝ ſubbaſtationes vēditiones ꝛ expeditiōes in dictis curijs in executionē rei iudicate vel alias de mandato iudicum aut ordinatiōe ipſoꝝ bailiuorum ꝛ caſtellanorū in caſib' eis premiſſis ꝛ licitis: cridaſq́ȝ ꝛ omnia expleta ipſaꝝ curiarū fienda in libris earundē curiarum diligenter regiſtrare ꝛ ſcribere: executiōes mandatoꝝ ꝛ litterarū noſtrarum aut conſilioꝝ ꝛ iudicū nr̄orū dictis bailiuis ꝛ caſtellanis directorum ſeu eoꝝ excuſationes ꝛ ſcriptiōes a dorſo ipſaꝝ litterarū vel ad partem clauſas prout negocia requirent deſcribere ꝛ ſignare inſtrumēta. Albergamentoꝝ laudimiorū necnon inuentariorum iura fiſci concernentium ac aliorum negociorum: ꝛ iurium noſtrorū recipere in loco conſueto ad bancham ſeu curiam caſtellani cuiuſlibet tenendam ꝑſonaliter et continue reſidere: necnon in ipſa bancha ſingulis diebus non feriatis horis congruis ad ſuū huiuſmodi officium exequendum adeſſe cum libris ꝛ regiſtris ipſius curie. ¶ Cum aſſument dicti ſcribe ad huiuſmodi officium ſcribanie ſeu notariatus curiarum predictarum eos ꝛ eoꝝ quēlibet aſtringi volumus iuramento corporali ad ſancta dei euangelia in manibus canzellarij noſtri preſtando: ꝙ omnia ꝛ ſingula premiſſa ꝛ alia ſtatuta noſtra officiū predictū cōcernentia: ac alia eidē incōbentia fideliter ꝛ diligenter exeq̄ntur: in ſcripturis ſuis ſemꝑ vtent veritate. Nemineq́ȝ ꝑtextu dicti ſui officij in ei' exercitio indebitē opprimēt vel grauabūt. Nullaq́ȝ dona vel munera a ſubditis nr̄is caſtellaniaꝝ in q̄bus erūt d̄putati recipiēt petent: vel exigent ꝑter eſculēta ꝛ poculenta victus quotidiani cauſa ſibi gratis offerēda paucis diebus cōſumenda. Sub pena viginti ſolidorum fortium per quēlibet dictorum ſcribarum in executione dicti ſui officij deficientem pro quolibet defectu committenda: ꝛ fiſco noſtro applicanda.

¶ Quod



¶ Quod ſcribe alias neceſſario occupati poſſint alios idoneos ſubrogare.

Cum induſtria perſonarum in aſſumptione officiorum cōſideretur ꝛ eligatur ſtatuimus hoc edicto ꝙ dicti ſcribe ſiue ſint perpetui ſiue temporales ſua huiuſmodi officia in eorū ꝓprijs perſonis exerceant ꝛ exercere teneant niſi iuſtis cauſa ꝛ occupatione ab ipſo exercitio perſonali valeant ꝛ debeant excuſari. ¶ Quo caſu poſſint ꝛ ſibi liceat alios notarios publicos conditionib' ipſorum ſcribarum ſuprāſcriptis dotatos: ꝛ idoneos ꝑ alteꝝ cōſiliorū noſtrorū aut ꝑ iudices locorū prius examinandos ꝛ approbādos in huiuſmodi officio loco ſui ac ſub ſuo ꝑiculo ꝛ onere ſubſtituere ſeu ſubrogare. Qui q̄dem ſubrogati in manibus examinātium predictorum iuramentum corporale ſimile precedenti preſtare teneantur.

¶ Quod non procedatur ad inquirendum aliquem niſi accuſatione: denunciatione: fama publica aut ſecreta informatione precedente.

Sicut iuſticia delinquentes non ꝑmittit impunitos ſic iuſtos ꝛ īnocentes ꝓhibet indebite moleſtari quapropter ſtatuimus ꝛ mādamus hoc edicto perpetuo ꝙ dicti ſcribe ſeu notarij curiarum predictorum caſtellanorum ceteriq́ȝ ad inquirendum de delictis offenſis generaliter vel ſpecialiter per nos aut cōſilia noſtra nr̄ oſq́ȝ iudices deputatos contra quācunq́ȝ ꝑſonam ſeu quaſcūq́ȝ ꝑſonas ad inq̄rendū publice ſeu ꝓceſſum inquiſitionalē faciēdum vel formandum de ꝛ ſuper quibuſcūq́ȝ delictis criminibus vel offenſis nō procedāt niſi clama querimonia denunciatiōe: vel accuſatiōe aut fama publica apud bonos ꝛ graues. Et tunc ſecreta informatione ꝑ quam ſaltem per vnum teſtem omni exceptiōe maiorē ea ſuper quibus procedendum erit probarentur precedentibus. Sub pena viginti librarum fortium ꝑ quēlibet cōtrafacientē ipſo facto ꝛ iure cōmittēda: ꝛ fiſco noſtro applicāda. Quod ſi ſecus attemptatum fuerit per quēquam id decernimus ꝛ eſſe volumus hoc edicto irritum ꝛ inane.

Inqſitio fit. habita prius informatiōe ab vno teste

¶ De modo formandi proceſſus copijſq́ȝ inde dandis ꝛ terminis ad defenſiones faciendum aſſignandis inquiſitis.

Ut intitulati ſeu inculpati de criminibus delictis vel offenſis ſi criminoſi reperiantur celeriter ſicut decet puniantur. Si vero inocentes fuerint cōperti ab huiuſmodi intitulatiōe ꝛ proceſſib' abſoluātur: ſtatuimus hoc edicto perpetuo: ꝙ ſcribe ſeu notarij predicti curiarum caſtellanorum noſtroꝝ ac alij quicunq́ȝ ad inquirendum ſuper criminibus ꝑ nos aut alios quoſcunq́ȝ inferiores noſtros deputatos il lico poſtquam aliquod delictum ſeu crimen aut offenſa fuerit ad ipſas curias vel earum alterā aut alios inquiſitores ꝑ clamam querimoniā: denunciationem accuſationem: aut famam publicam cū ſecreta informatione modo premiſſo delatum aut delata proceſſus inquiſitionales bene ꝛ decēter intitulatos ꝛ articulatos forment inde conficiant ꝛ compleant infra. xv. dies a diebus intitulationū ipſoꝝ ꝓceſſuū numerandos. Et ſi huiuſmodi proceſſus maiori indagine ac fortificatiōe articuloꝝ ꝛ interrogatoriorum indigeant ꝑ ipſos inquiſitores: ad ꝓcuratores noſtros fiſcales locorum: aut aduocatum noſtrum generalem fiſcalem pro conſultatione inde habenda medio tēpore recurratur. Si vero per huiuſmodi fortificationē aut conſultationē proceſſuū terminus longior ſit neceſſarius poſſit idem terminus ad alium quantū fieri poterit breuē ꝑ iudicem loci ſeu proceſſus ꝓrogari. Et vt non detur ꝓtellationis occaſio inhibemus ꝙ dum ꝛ quando ꝓceſſus aliquis inchoabit per quēq̄ ex dictis ſcribis ſeu inq̄ſitoribus ad q̄relam clamā: denunciationē vel accuſationē alicuius vel aliquaꝝ ꝑſonarum dictus ſcriba ſeu inq̄ſitor p̄figat in principio huiuſmodi ꝓceſſus dictum terminū q̄ndecim dierū parti cōquerenti clamanti denuncianti vel accuſanti ad ꝓbandum de ꝛ ſuꝑ q̄bus fecit ſuā huiuſmodi querimoniam clamam denunciationem vel accuſationē. Et petat ab eodem nomina ꝛ cognomina teſtiū ꝑ quos ſuam intentionē ꝓbare intendit. Que quidem noīa dictus ſcriba ſeu inquiſitor in ſcriptis redigat: ꝛ confeſtim ipſos teſtes ad certos dies: ꝛ loca coram ſe citari faciat perhibituros teſtimonium veritati eoſdem diligenter examinet ſic ꝙ ſi fieri poſſit huiuſmodi proceſſus infra dictos quindecim dies cōpleatur. Quibus lapſis ꝛ completo proceſſu dict' ſcriba ſeu inquiſitor infra quinq́ȝ dies ꝓximos inde ſequentes offerat copiā ipſius ꝓceſſus: ꝛ concedat ac tradat inquiſito vel inquiſitis ipſius vel eorum ſumptibus iuxta ſtatuta noſtra moderatis: ſi huiuſmodi copiam proceſſus habere voluerint: aut voluerit ipſi inquiſiti vel inquiſit'. ¶ Et tūc in pede ipſi' ꝓceſſus inferat idē ſcriba vel inquiſitor ꝙ ipſa copia fuit dictis inq̄ſito vel inquiſitis oblata ꝛ cōceſſa deſignando diem ipſius cōceſſionis ꝛ in cōceſſione ſeu traditione dicte copie aſſignent dictus ſcriba ſeu inq̄ſitor p̄dictis inq̄ſito vel inq̄ſitis terminū triginta dierū ex tunc inchoandoꝝ ad ſuas defenſiones ſi q̄s facere voluerit aut voluerit faciēdas: ꝛ iudici loci ad quē ipſi' ꝓceſſus diffinitio ꝑtinebit tradēdas: quā q̄dē ēt termini

aſſignationē inferat vt ſupra. Si qs dictoꝝ ſcribarum ſeu inquiſitorū in premiſſis aut eoꝝ altero defecerit pro quolibet defectu penā quadraginta ſolidorū fortiuꝫ eo ipſo incurrat fiſco noſtro applicādam.

¶ De expeditione proceſſuum incarceratorum.

PRoceſſus inquiſitionales in curijs p̄dictis bailiuoꝝ ⁊ caſtellanoꝝ ꝯtra delatos ⁊ p̄textu criminū vel offēſaꝝ de ⁊ ſup qbꝰ īculpabunt̄ in carceribꝰ vel arreſtis detētos ꝯficiēdos fieri ⁊ cōpleri iubemꝰ ꝑ dictos ſcribas ipſaꝝ curiarū aut alios cōmiſſarios ad hoc deputatos infra decē dies incarcerationeꝫ ſeu arreſtationē eoꝝ īmediate ſequētes. Et cōpletos infra alios quinqꝫ dies ex tunc ꝓximos exhibere ꝓcuratoribus nr̄is fiſcalibus locoꝝ in qbus huiuſmodi inqſiti detinebunt̄ ad faciēdum aditiones: fortificatiões aut reparatiões q̄s idē ꝓcuratores infra alios quinqꝫ dies a diebꝰ exhibitionū dictoꝝ ꝓceſſuū ſibi factarū īmediate ſequētes facere ⁊ tradere debeāt p̄dictis ſcribis ſeu alijs inqſitoribus niſi opꝰ eſſet ſup his aduocatū habere generalē fiſcalē adire ⁊ cōſulere. Et tūc quāto breuiꝰ fieri poterit huiuſmodi ꝓceſſuū iuxta fortificatiões aditiones ⁊ ꝯſultatiões inde habitas cōpletoꝝ ꝑ dictos ſcribas: aut alios q ipſos proceſſus formauerint ipſis inqſitis incarceratis: aut ī arreſto detētis copias deferri ⁊ tradi ſi ipſas habere voluerint ⁊ petierit ꝑ ſe vel ꝑ ꝓcuratores ſuos volumꝰ ⁊ iubemus ꝑ ſuis defenſionibus fiēdis ſi quas facere voluerit. Pro qbus faciēdis ⁊ tradēdis locoꝝ iudicibꝰ ad quos ipſoꝝ proceſſuū diffinitio ordinarie pertinebit per ipſos ſcribas curiaruꝫ p̄dictarum aut alios inquiſitores p̄fingātur dictis inqſitis incarceratis ſeu arreſtatis termini opportuni iuxta capitulū ſupra ꝓxime precedens. Sub pena q̄ttuor ſolidoꝝ fortium pro qualibet die qua dicti ſcribe aut alij inquiſitores moroſi fuerint in executiōe p̄miſſorum ꝑ ſingulos eorum committenda. Quorum medietas fiſco noſtro applicetur ⁊ reliqua medietas in ſolutione miſalie ſeu expenſarum dictorum incarceratorum ſeu detentorum conuertatur.

¶ Quod cautiones inquiſitorum in fine cuiuſlibet ꝓceſſus ſine aliqua ſolēnitate regiſtrentur.

VT non fiant per plura que poſſunt fieri per pauciora hoc edicto ſtatuimus ꝙ cautiones ſeu ſatiſdatiões que per inquiſitos preſtabuntur in curijs predictis bailiuorū ⁊ caſtellanorū noſtroruꝫ ac alijs per dictos ſcribas ⁊ alios inquiſitores in pede ꝓceſſum formatoruū contra dictos inqſitos cautionē ſeu ſatiſdationem preſtantes ſine alia ſolemni ſcriptura ꝑ publicum inſtrumentū fienda deſcribant̄ cum deſignatione annoꝝ menſiū ⁊ dierum fideiuſſorum ⁊ teſtium necnon penarum tunc impoſitaruꝫ. Et inſuper ne dicti ſcribe ſeu inquiſitores ꝓ ſcriptura talium cautionum quicquam ab inquiſitis ipſas cautiones preſtantibus exigant vel recipiant ipſis ſcribis ⁊ inquiſitoribus ac eorum cuilibet omnino probibemꝰ. Sub pena quadrupli eius quod exactum fuerit fiſco noſtro applicanda vna cum reſtitutione exactorum ipſis ſatiſdantibus in integrum facienda.

¶ Quid ⁊ quantum exigi debeat per ſcribas ⁊ inqſitores pro canzellatura proceſſuum.

EXactionibus indebitis viā precludere volentes hoc edicto ſtatuimus ꝙ pro canzelatura alicuius ꝓceſſus inqſitionalis cuius copia fuerit tradita inqſito ſeu inquiſitis nihil exigere vel recipere preſumat ſcriba vel inqſitor q huiuſmodi proceſſuꝫ fecerit: ⁊ copiam tradiderit ſub pena quadrupli eius qd̄ receperit fiſco noſtro applicanda: vna cū reſtitutione recepti ei a quo receperit facienda. Pro cāzellatura autem proceſſus cuius nō fuerit data copia ſi inquiſitus vel inquiſiti fuerint ab ipſo proceſſu ⁊ ꝯtentis in eodem abſoluti ⁊ huiuſmodi proceſſus factꝰ fuerit ex ſolo officio curie nihil exigi volumus ꝑ quēcūqꝫ ſub pena predicta. ¶ Si autē predicti inqſiti vel inquiſitus cōdemnati fuerint aut compoſuerint ſup ipo ꝓceſſu: tūc tales inquiſiti vel inqſitus canzellaturā ipſius proceſſus iuxta ſtatutoꝝ nr̄orū modeſtiā ſcribe vel inqſitori q ipm̄ ꝓceſſum fecerit ſoluere ſeu inde ſatiſfacere teneant̄. Si vero ad denūciationē accuſationē: querimoniā vel clamā alteriꝰ vel pluriū facta fuerit inqſitio. ⁊ inqſitus vel inquiſiti fuerint abſoluti nō data eis copia huiuſmodi ꝓceſſus tunc ille vel illi ad cuius vel quorū denunciationeꝫ: accuſationē clamā vel querelā idem proceſſus factus fuerit cāzellaturam ipſius proceſſus ſoluere teneat̄. Sed ſi copia data fuerit inde ꝓ ipſa cāzellatura nihil recipiat̄: ſub pena ſupradicta.

¶ Quod ſcribe ⁊ alij inquiſitores nihil recipere preſumant. ab inquiſitis niſi pro copijs ⁊ canzellaturis proceſſuum.

CAueant omnes ⁊ ſinguli ſcribe ⁊ inqſitores predicti ne quicquam a qbuſuis inquiſitis detentis vel non detentis: aut eoꝝ parentibus cōſanguineis amicis vel ſeruitoribus ꝑ ſe vel interpoſitas ꝑſonas directe



directe vel indirecte exigere vel recipere preſumant niſi ꝓ copijs aut canzelaturis ipſoꝝ ꝓceſſuuꝫ contra dictos inquiſitos formatorum ipſis ſcribis ſeu inqſitoribus iuſte ſecundum ſtatutorum noſtrorum diſpoſitionem debebitur. Sub pena quadrupli eius quod contra hoc edictum noſtrum receptum fuerit fiſco nr̄o aplicāda vltra reſtitutionem receptorum eis a quibus recepta fuerint in integrum faciendam.

¶ Quod quilibet ſcriba faciat ⁊ habeat ſpeciale protocollum ad regiſtrandum ⁊ inde groſſandum inſtrumenta iurium domini.

AD conſeruationem iuriū nr̄oꝝ tā patrimonialiū quā alioꝝ ſtatuimus hoc edicto: ꝙ dicti ſcribe ſeu notarij curiaꝝ bailiuoꝝ ⁊ caſtellanorū nr̄oꝝ penes ſe faciant ⁊ habeāt vltra libros dictaꝝ curiaꝝ ꝓpria ꝓtocolla ab alijs ſeparata in qbus regiſtrēt ſeu ꝑ eoꝝ ſubrogatis ſi quos habeāt faciāt regiſtrari oēs ⁊ ſingulas litteras ⁊ inſtrumēta quorūcunqꝫ cōtractuū ſeu negocioꝝ ꝑpetuoꝝ nos aut patrimoniū ſeu fiſcū nr̄oꝝ cōcernentes ⁊ concernētia in p̄io capitulo huiꝰ tituli declarata. Quas qdē litteras ⁊ inſtrumēta ꝑ quoſcūqꝫ alios notarios ꝯfici vetamus. His exceptis q iure hereditario aut alias iuſto ⁊ ꝑpetuo titulo recipiēdi ⁊ cōficiendi inſtrumēta venditionū: donationū permutationū: albergamētorū ⁊ alioꝝ ꝯtractuū reꝝ de feudo emphiteoſi aut directo dominio noſtris mouētiū habeant facultatē. Saluis etiā ſigilliferorū noſtroꝝ laudimij ⁊ venduarū officijs qbus ꝑ hec derogare nō intēdimus. Sub pena ſexaginta ſolidoꝝ fortium ꝑ quēlibet bailiuum ⁊ caſtellanum ⁊ qui predicta inſtrumēta iura nr̄a cōcernētia ꝑ aliuꝫ vel alios notarios quam per ſcribas dictarum curiarum ſuarum aut eorum ſubrogatos confici fecerit vel mandauerint ⁊ totidem per quēlibet notarium non habētem vel exercentem officiū ſcribanie huiuſmodi īſtrumēta recipe preſumentē totiēs quotiēs attēptatū fuerit contra hoc edictum cōmittēda: ⁊ fiſco nr̄o applicanda. De quibꝰ quidē protocollis dicti ſcribe per eos vel eorū ſubrogatos leuare ⁊ groſſare inſtrumēta cōtractuū ⁊ aliorum negociorū noſtroꝝ perpetuoꝝ: ⁊ maxime patrimonialiū infra tres mēſes poſt receptionem ipſoꝝ inſtrumētorū teneant̄: ⁊ groſſata de ⁊ cū conſenſu bailiuorū ſeu caſtellanorū nr̄oꝝ qbus ſuberunt mittant ꝑ ſecurū nunciū cuſtodi crote noſtre in archiuis nr̄is ibidē ad cuſtodiā ⁊ ꝯſeruationē iuriū noſtrorū reponēdā. Sub pena ſolidoꝝ decē fortiū ꝑ quēlibet ſcribā negligentē hec exeq cōmittēda ⁊ fiſco noſtro applicāda. Cum aliquis p̄dictorū ſcribarū morte vel alias relinquet ipm̄ officiū ſcribanie huiuſmodi ꝓtocolla ſtatim ꝑ bailiuos vel caſtellanos noſtros ipſorū locoꝝ ꝑ inuentarium recipi: et diligēter in archiuis curie ſue loco tuto recludi volumus: ⁊ iubemus quouſqꝫ ꝑ nos de alijs ſcribis vel ꝑ ſcribas ꝑpetuos de ſubrogatis idoneis fuerit huiuſmodi officio ſcribanie ꝓuiſum. Poſtq̄ aūt nouꝰ ſcriba vel ſubrogatus ſucceſſerit: bailiuus vel caſtellanus illius loci predicta ꝓtocolla eidē ſcribe vel ſubrogato ſucceſſori per inuentarium tradat cuſtodienda. Cui quidem ſucceſſori inſtrumenta non groſſata ex huiuſmodi ꝓtocollis leuandi groſſandi ⁊ in publicam formam redigendi hoc edicto ſine alia commiſſione ſpeciali liberam concedimus facultatem ⁊ auctoritatem.

¶ Quod compoſitiones regiſtrentur: ⁊ de regiſtris fiant breuia tradēda per ſcribas procuratoribus fiſcalibus: ⁊ per procuratores in camera computorum.

DE cōpoſitionibꝰ ſeu cōcordijs q̄ fient extra aſſiſias publicas iudicum nr̄oꝝ ordinarioꝝ de ⁊ ſup delictis clamis offenſis ac ꝓceſſibus inqſitionibꝰ ꝑ caſtellanos nr̄os ſeu eoꝝ locatenētes hoc edicto iubemus per ſcribas ipſoꝝ caſtellanorū aut eorū ſubrogatos fieri in dictis curijs propria regiſtra. Et nihilominus ſcribi ꝑ quēlibet ipſoꝝ ſcribarū in capite cuiuſlibet ꝓceſſus inqſitionalis ſuper quo erit facta cōpoſitio qd̄ inqſiti vel inqſitus cōpoſuerunt inſerendo annos mēſes dies quātitates ⁊ teſtes ipſiꝰ cōpoſitionis. Huiuſmodi aūt regiſtra ſeu breuia inde ſumpta tradi volumus ꝑ quēlibet ipſorū ſcribarū ſignata in aſſiſijs ſingulis locorū in qbus erunt ſcribe deputati ꝓcuratori nr̄o fiſcali illius iudicature cū ſpeciali expreſſiōe nominū vel cognominū perſonarū cōponentiū quātitatē annoꝝ dierū ⁊ cauſarū ipſarū cōpoſitionum. Que quidē breuia vna cum breuibus cōpoſitionū factarū in aſſiſijs dicti ꝓcuratores fiſcales poſt quēlibet tētionē aſſiſiarū ad camerā nr̄am cōputorū deferre ſeu ꝑ tutum nuncium clauſa mittere teneant̄. Sub pena viginti ſolidoꝝ fortiuꝫ ꝑ quēlibet dictoꝝ ꝓcuratorū ⁊ ſcribarū negligētem p̄miſſa exequi ꝓut quēlibet eorum tangit pro qualibet negligentia committenda: ⁊ fiſco noſtro applicanda.

¶ De ſeruientibus generalibus eorum numero officio ⁊ iuramento.

SEruientes generales nos decet habere ad ſeruiendum nobis: ⁊ curijs noſtris conſiliorum noſtrorum nobiſcum ⁊ chamberiaci reſidentium iudicuꝫ ordinariorū: ⁊ delegatoꝝ theſaurarij generalis

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

ac alioꝝ magiſtrorum noſtrorum in exequendo mandata noſtra: ⁊ earundem curiarum per nos eligēdos
⁊ conſtituendos viros probos prudentes veraces: non garruloſos: non bilingues: per lr̄as noſtras autē-
ticas per alterum ex ſecretarijs noſtris confectas: ⁊ ſignatas ſigilloqꝫ noſtro ſigillatas. Quorū numero
in tota patria noſtra vltra alios ſeruientes particulares caſtellaniarum de quibus infra ſtatuiť: ad vigin
ti duximus moderādū: ⁊ regiſtrandum ne ſubditi nr̄i ex ſupfluitate ipſorum ſeruientium generaliū gra
uentur. Quorum viginti ſeruientium generalium: vnum in curia noſtra principali nr̄e reſidentie: tres in
chamberiaco: ⁊ duos in bailiuatu breiſie: vnum in bailiuatu montis lupelli: ⁊ vallis bone: vnum in baili-
uatu beugeſij: noualeſie ⁊ veromeſi: vnum in monte emeliano ſub iudicatura maiori ſabaudie: vnum in
mauriana ⁊ tharentaſia: vnū in bailiuatu auliane ⁊ terre canapicij: vnum in pinerolio: vnum in epore-
dia: vnū in bailiuatu auguſte: vnum in bailiuatu chablaſij: vnum in bailiuatu vuaudi: vnū in baronia ſeu
terra nr̄a gai: Duos in bailiuatu nr̄o comitatus gebenenſi: vnum in bailiuatu nr̄o fucignaci perſonali-
ter reſidere volumus: ⁊ iubemus ad exequendum ea que ꝑ nos aut dicta conſilia noſtra iudices ordina-
rios: ⁊ delegatos theſaurarium ⁊ ceteros magiſtratus nr̄os predictos ipſis ſeruiētibus generalibus iniū
gent. Quos dum aſſument per nos ⁊ eoꝝ quēlibet aſtringi volumꝰ proprio iuramēto ad ſancta dei euan
gelia in manibꝰ canzelarij noſtri preſtando. Quod omnia: ⁊ ſingula ꝑ nos aut alterum curiaꝝ noſtrarū
ꝑdictaꝝ ſeu magiſtratuū ꝑdictoꝝ noſtroꝝ eis cōmittenda ⁊ iniungenda eis fideliter ⁊ diligenter exequē-
tur oīa cum veritate agent: ⁊ referent omni poſtpoſito mendacio neminem in exercitio dicti ſui officij in
iuſte opprimeut vel grauabunt: ac cetera huiuſmodi officio ſuo incombentia cum ſtatutis noſtris ipſum
officium concernentibus firmiter: ⁊ pro viribus obſeruabunt.

## De miſtralibus ſalterijs ac miſſilierijs perpetuis ꝙ poſſint alios loco ſui ſubrogare.

Miſtrales ſalterios ⁊ miſſilierios perpetuos huiuſmodi tenentes: ⁊ habentes iure hereditario ſeu
patrimoniali: aut alio iuſto titulo perpetuo per ſeipſos ſi cōmōde poſſint: ſin autem per alios fide-
les probos ⁊ idoneos loco ſui ac ſuo periculo ſubrogandos: caſtellaniſqꝫ noſtris locoꝝ in quibus habent
ipſa officia preſtandos iuramentumqꝫ in manibus ipſorū caſtellanorum ſuper diligenti ⁊ fideli executiōe
ipſorū officiorum preſtituros deinde per ipſos caſtellanos voce preconia in locis dictorum officiariorū
publicandos huiuſmodi officia miſtralie ſalterie: ⁊ miſſilierie diligēter exeq volumus ⁊ iubemꝰ eſſe aſtri
ctos oēm extorſionem: ⁊ exactionem indebitam a ſubditis nr̄is faciēdam. Excepta perceptione iuriū ſuo
rum antiquorum pretextu huiuſmodi officioꝝ percipi conſuetorum ipſis miſtralibus ſalterijs: ⁊ miſſilie-
rijs perpetuis ac eorum ſubrogatis hoc edicto perpetuo expreſſe prohibentes. Sub pena viginti ſolido-
rum fortium per quēlibet ex ipſis miſtralibus ſalterijs ⁊ miſſilierijs perpetuis eorumqꝫ ſubrogatis qui cō
tra premiſſa quicqꝫ attemptauerit: vel negligens fuerit in executione dicti ſui officij iuxta ſtatuta noſtra
committenda: ⁊ fiſco noſtro applicanda: vltra reſtitutionem in debite exactorum ſeu receptorum eis a q-
bus exacta fuerint in duplum faciendam.

## De miſtralibus ſeruientibus familiaribus curiarū: ⁊ miſſilierijs locorum caſtellaniarum eorumqꝫ officijs ⁊ iuramentis.

Ne ſubditi noſtri ex multitudine inordinata officiarioꝝ grauentur ſtatuimus hoc edicto ꝙ caſtella-
ni noſtri ſeu eorum locatenentes non conſtituant in ſuis curijs ⁊ caſtellanijs: miſtrales: ſeruientes:
familiares ſeu māderios in ſuperflua quātitate: nec etiā miſſilierios: ſed in moderato ⁊ ſufficienti nume-
ro habito ſi neceſſe fuerit conſilio cū iudicibus ordinarijs locoꝝ qui poſtquā fuerint per ipſos bailiuos: ⁊
caſtellanos conſtituti portare tenēatur enſem: ⁊ ſcutellum armorū noſtrorum: vt a ſubitis cognoſcantur.
Ad quoꝝ qdem miſtralium ſeruientium familiarium ſeu manderioꝝ officium pertinere decernimus de
delictis iniurijs: ⁊ offenſis realibꝰ: ⁊ pſonalibus ſubditoꝝ ſecrete: ⁊ veraciter inueſtigationem facere. Et
que nouerint eſſe perpetrata vel cōmiſſa vna cum reparationibus viaꝝ neceſſarijs ipſis bailiuis: caſtella
nis: ⁊ ſcribis curiaꝝ ſuaꝝ ſeu locatenentibꝰ veraciter referre: ⁊ nunciare: vt delicta nō remaneāt ipunita.
Et hoc bis vel ſaltem ſemel in ebdomada in conſpectibus dictorum bailiuorū caſtellanoꝝ ſeu ſcriba
rū vel eoꝝ locatenentium ſe repreſentare ad nunciandum premiſſa ⁊ alia que ſciuerint ad iuſticiam mini
ſtrandam releuandum. Hoc aūt de ſeruiētibus miſtralibus ſeu familiaribꝰ dictaꝝ curiaꝝ cāpeſtribꝰ: vi-
delicet q ꝑ vilagia ipſaꝝ caſtellaniarum deputanť itelligi volumꝰ. Ceteros aūt familiares ſeu miſtra
les in locis bancharum ſeu curiarum dictorum: ⁊ bailiuorū: ⁊ caſtellanorum reſidentes vltra premiſ-
ſa ad q̄ ſimiliter obligātur aſtringi volumꝰ ſingulis diebꝰ qbꝰ ipſe curie tenebūtur pſonaliter ſe offerre: ⁊
pſentare in bāchis ipſaꝝ curiarū ſaltē bis in die: videlicet de mane ⁊ poſt prandiū in conſpectu dictorum
caſtellanorum



caſtellanorum ſcribaꝝ aut eoꝝ locatenentium ad exequendum ea que tunc fuerint eis iniuncta. Sub pe-
na per ipſos caſtellanos contrafacientes in premiſſis alias in executione ſui officij non occupatis arbitrā
da. Ad miſſiliariorum ſeu compariorum vero officium icombere declaramus fructus predioꝝ ⁊ poſſeſ-
ſionum ſubditorum locorū in quibus erunt deputati: ne in illis dannum detur diligenter cuſtodire per
tempus ſibi ad dictam cuſtodiam decretum. Et ſi que damna dentur in dictis fructibus ea referre dictis
caſtellanis aut eorum locatenentibus. Quorum relationi cum iuramento ſtari decernimus in locis vbi
eſt ita conſuetum: ⁊ hactenus obſeruatum: vt bannum a dannificātibus exigatur ⁊ emenda debita dam-
na paſſis fiat. Quod ſi forte dicti miſſilieri ſeu camperij aut banderij negligētes fuerint in dicta cuſtodia
ſic ꝙ eoꝝ culpa aliquibꝰ vel alicui in ſuis fructibꝰ dāna dari contigerit. Et dānificātes ipſi miſſilierij ſeu
camperij declarare: ⁊ reuelare neſcierint eo tunc exigente culpa vel neglīgētia predicta eorūdem ad emē
dam huiuſmodi damnorum dicti miſſilierij camperij ſeu banderij damna paſſis faciendam teneantur ar
bitrio dictorum caſtellanorum ſeu locatenētium eorūdem vel proboꝝ virorum ad hoc deputatorū taxā-
dam. Omnes autem predictos miſtrales familiares ſeruientes manderios miſſilierios aut camperios ꝑ
caſtellanos: aut eorū locatenentes ad ipſa officia conſtitutos aut per alios quorū intereſt deputatos ſeu
ſubrogatos. Et deinde ꝑ eoſdē bailiuos caſtellanos aut eorum locatenentes cōfirmatos ⁊ approbatos
aſtringi volumus ⁊ iubemus proprijs iuramētis in manibus ipſorum bailiuorū: caſtellanoꝝ aut eoꝝ loca
tenētium ad ſancta dei euangelia preſtādis: ꝙ predicta ſibi cōmiſſa officia fideliter ⁊ diligēter: ⁊ ſine frau
de exercebunt. Statutaqꝫ noſtra huiuſmodi officia concernētia: ⁊ omnia alia ipſis officijs incōbētia pro
viribus obſeruabūt: neminēqꝫ ipſorum officiorum exercitijs iniuſte opprimeut vel grauabunt.

## De cuſtodia reorum carceratorum ad eorum expenſis ſiue mizalia.

## De modo cuſtodiendi incarceratos.

Circa cuſtodiam incarceratorum iura ſcripta cōmunia ſeruare volentes hoc edicto ſtatuimus: ꝙ bai
liui caſtellani miſtrales ſalterij: ⁊ alij officiarij noſtri qbus alicuius vel aliquorū incarceratoꝝ cuſto
dia commiſſa fuerit diligenter inuigilēt circa carceꝝ firmitatem ſecuritatem mundiciam ac diſpoſitionē
ipſorūqꝫ incarceratorum cuſtodiam: ⁊ frequētem viſitationem debitamqꝫ prouiſionem neceſſariorū ad
ipſam cuſtodiam: ſic ꝙ ipſi incarcerati carceres frāgere: aut violenter exire vel alias effugere non valeāt.
Ipſiqꝫ incarcerati carcerum duricie immanitate vel frigore vitā aut membra nō amittāt. Sub pena pro
modo culpe hoc edictū non ſeruāti per iudicem ordinarium loci huiuſmodi carcerū iuſte infligēda vltra
emēdam parti leſe vel euaſione carceris: vel ex vite vel membroꝝ perditiōe ſeu debilitatione ꝑ ipſum q
in dictis culpam ⁊ penam inciderit dicti iudicis arbitrio facienda. Et vt melius ⁊ breuius valeat fieri
huiuſmodi incarceratorum expeditio per abſolutionem vel condemnationem decernimus hoc edicto: ꝙ
nullus ſubditoꝝ noſtrorum ſeu alioꝝ delinquentium in patria noſtra debeat arreſtari: vel detineri niſi in
fra bailiuatum in quo fouebit ſuum domicilium: aut infra quem deliquerit niſi ex cauſa magna. Et tūc
de noſtro vel conſilij noſtri nobiſcum reſidentis mandato ſpeciali.

## Moderatio ⁊ taxatio expenſarum ſeu mizale incarceratorum.

Ne icarcerati ꝑ cuſtodes eoꝝ grauēť in exceſſu mizale ſeu expēſaꝝ huiuſmodi expēſas ⁊ mizaliā hoc
edicto taxamꝰ atqꝫ moderamur. Sicqꝫ i hac ꝑte fieri iubemꝰ vt ſeqtur. Videlꝫ vt cū aliqs fuerit in
carcerē poſitꝰ vel detētus in caſtro vel alibi i carcere ꝓ crimīe vel delicto: vel ꝓ quo nō eſſet pena corpo
ralis iſligēda. Ita ꝙ deberet i vinculis cauſaꝫ ſuā agere ⁊ nō relaxari cū ⁊ ſub cautiōe idonea ſtatiꝫ iterro
gať ꝑ bailiuū: caſtellanū: aut locatenētes ſub quo detinebiť ſeu pricipalē cuſtodē ſibi deputatū. an velit vi
uere i carcere ſeu arreſto vel detētiōe i q̄ erit expēſis ſuis ꝓprijs: vel bailiui ſeu caſtellāi aut alterꝰ officia
rij ſub cuiꝰ cuſtodia fuerit traditꝰ. Et ſi rn̄deat velle viuere ad expēſas ſuas ꝓprias: ⁊ nō officiarij quātūcū
qꝫ māſerit i carcere vel arreſto: nihil ab eo ꝓ expēſis ſuis exigať: vel alia de cauſa niſi ꝓ lecto vtēſilibꝰ ꝑ of
ficiaꝝ ſibi miniſtratis hoc modo. videlꝫ ꝓ q̄libet die ab agricola vel alio modicaꝝ facultatū duo denarij
fortes. A mediocribus ſiue ſit agricola: ſiue burgenſis: vel mechanicus artiſta vel mercator quattuor de
narij fortes. Ab alijs vero maiores ſtatus in facultatibus ſiue ſint nobiles aut alij opulenti ſex denarios
fortes tantummodo exigant. Si vero huiuſmodi incarceratus vel detentus eſſe: ⁊ viuere voluerit i car
cere ſeu detentione ad expenſas bailiui: caſtellani aut alterius officiarij ſub cuſtodia fuerit tunc exigan-
tur a quolibet incarcerato pro expenſis ⁊ mizalia ſi fuerit agricola vel alicuius minoris ſtatus: octo de-
narios fortes: ſi fuerit mediocris vtputa burgenſis: mercator vel notarius: vel mechanicus opulenti duo
denarij groſſis. Si vero fuerit nobilis: aut alius maioris facultatis volēs viuere ſplēdide tres denarij

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

groſſis ꝑ qualibet die qua ſteterit i carcere ſeu detētione ⁊ nō vltra. Quod ſi q̄ſtio oriaꝶ inter cuſtodē ⁊ carceratū ſe detentū de ſtatu ⁊ facultatibus ipſius incarcerati ſeu detēti: arbitrio iudicis ordinarij loci termineꝶ. Pro ingreſſu vō caſtri ſeu loci carceris ſeu detentiōis nō exigantꝶ ab agricola ac alijs minorū facultatū niſi duo denarij fortes. A mediocris ſupra deſignatis niſi quatuor denarios fortes. Pro exitu vero caſtri ſeu loci carceris aut detētiōis tantūdem quantum pro ingreſſu receperit ab ipſis detentis exigere: ⁊ recipe poſſit dictus cuſtos ⁊ vltra. Sub pena ſexaginta ſolidoꝝ fortium per eum qui pluſꝙ ſtatutum eſt hic a carceratis ſeu detentis vel arreſtatis exigere vel recipere preſumpſerit totiēs quotiens hoc edictum noſtrum tranſgreſſor fuerit committenda: ⁊ fiſco noſtro applicanda vna cum reſtitutione eius quod vltra hoc ſtatutum noſtrum exigerit illi a quo receperit facienda. Super quo ſtari volumus iuramento ipſius exacti: penſata tamē perſone ſeu qualitate. Ipſi vero qui in carcere fuerint pro delictis exq̄bus pena mortis vel corporalis venit infligenda ad euitandum omne ſiniſtrum procurāde eis mortis in carcere circa victualia ſint ad expenſis caſtellanorum ⁊ aliorum ſub quorum cuſtodia in carcere detinebuntur iuxta moderationem horum noſtrorum ſtatutorum.

¶ De modo ⁊ taxatione ſalariorum executionum: citationum: ſententiarum ⁊ aliorum mandatorum per bailiuos ⁊ caſtellanos ſeruienteſqꝫ generales ſpeciales fienda.

¶ Quomodo debeant concedi ⁊ exequi citationes.

VT tam citationes ꝙ executiones cauſaꝝ non fiant ſub incerto ſtatuimus hoc edicto: ꝙ per conſilia noſtra noſtroſqꝫ iudices citationes non concedantꝶ: nec ꝑ ſcribas eorū fieri permittantur in albo ſeu ſpacio in quo poſſint ſcribi nomina plurium perſonarum vel vnius ad bene placitum impetrātis ſeu impetrantium: ſed in ipſis cōplete deſcribantur nomina: ⁊ cognomina perſonarum citandarum vnius vel plurium prout impetrantes tunc petierint: ita ꝙ ex poſt nulla in ipſis citationibus poſſit fieri aliarum ꝑſonarum adiunctio. Fiant etiam ipſe citationes ſiue in cauſis ciuilibus: ſiue in cauſis criminalibus iuxta diſpoſitionem iuris communis cum debito temporis interuallo inter diem conceſſe citationis: ⁊ diē ad quam citantur perſone citande comparitiure perſonarum qualitatibus locorum diſtantijs: ⁊ cauſis conſideratis. Ipſarum autem citationum executiones fieri iubemus diligenter per eos q̄bus ipſe citationes dirigentes vel alios inferiores officiarios quibus ſuperiores videlicet dumtaxat bailiui: ⁊ caſtellani aut eis partes cōmittant ipſas executiones ſibi directarum citationum faciendas in proprias perſonas citandorum ſi eas reperire poſſint: ſinautem in domibus habitationum earum aut preconis voce in foris vel alijs locis publicis in quibus ipſe perſone citande fouerint ſua domicilia. Quas quidem executiones in domibus vel voce preconis fiendas vt prefertur vbi: ⁊ quando proprie perſone citande non poterunt per executores apprehendi: ſufficienter ⁊ validas eſſe decernimus ac ſi in proprijs perſonis facte eſſent. Penis cōtentis in citatorijs ſi que ibidem exprimētur: aut alias arbitrio iudicis ſeu magiſtratus a quo ipſa citatoria emanauerit taxandis ſeu declarandis tam in citatos non comparentes ꝙ executores modum executionum predictum non ſeruantes: aut alias negligentes infligendis.

¶ Quantum recipi debeat pro executionibus citationum.

BAilinis: caſtellanis: ⁊ alijs officiarijs maioribus ne quicꝙ recipiant vel exigāt pro ſubdelegationibus vel cōmiſſionibus ꝑ eos fiendis ſeruientibus generalibus aut alijs ſpecialibus ſeu miniſtralibꝰ ⁊ manderijs curiarum ſuarum ad exequendas citationes que ipſis bailiuis: caſtellanis: ⁊ officiarijs maioribus dirigentur ⁊ exequende preſentabuntur hoc edicto prohibentes: ſtatuimus ꝙ executores ipſarum citationum quicunqꝫ fuerit ſiue ſeruientes generales: ſiue ſpeciales curiarum bailiuorum: ſeu caſtellanorum pro executione vnius citationis facte in ciuitate: villa: burgo: ſeu loco vbi reperietur executor: ⁊ perſone citande vna vel plures reſidebunt vel inuenientur exigere non preſumant a petentibus huiuſmodi executiones fieri niſi pro vna perſona citata vnum denarium fortem. Si vero in eodem loco fuerint plures perſone citande vltra primam perſonam non exigant niſi vnum denarium vienenſem pro ſingula aliarum perſonarum. Ubi autem pro huiuſmodi executionibus citationum faciendis executores oportebit exire ciuitates: burgos: villas: ſeu loca ꝓpria in quibus erunt ipſe citationes preſentate: aut earum executiones per eorū ſuperiores inuente: vt prefertur per vnam leucam vel circa pro vna perſona citata quattuor denarios fortes. Et pro qualibet aliarum perſonarum citatarum: ſi fuerint plures: vnus denarius fortis tantūmodo exigatur. Si vero ipſos executores pro dictis executionibus faciendis ire oporteat vltra vnam leucam: recipiatur pro ſingulis leucis: ⁊ vna perſona citata quinqꝫ denarios fortes: ⁊ pro ſingulis



ſingulis aliarum perſonarum ſi plures citate fierint vnus denarius fortis. Quicunqꝫ autē predictorū executorum quicꝙ vltra moderationem noſtram predictam a quocunqꝫ pro dictis executionibꝰ citationū exigere vl' recipere ꝓſumpſerit quicꝙ vltra receperit reſtituat ei a quo receperit: ⁊ quadruplū fiſco nr̄o ꝑſoluat pro pena: Sup quo credi volumꝰ iuramēto plus ſoluētis perſone qualitate penſata.

¶ De ſalarijs ſeruientium generalium quando mittuntur ad diuerſa loca pro executionibus citationum: aut aliorum mandatorum faciendis.

SEruientes generales cū mittētur ad exequendum aliquas lr̄as ſeu mandata iudicum aut alioꝝ magiſtratuū noſtroꝝ ſuperioꝝ: ſiue pro vna perſona ⁊ contra vnā ſiue pro pluribꝰ: ⁊ contra plures ꝑſonas mittanꝶ decernimus recipere poſſe ⁊ debere: tā pro laboribus expēſis ꝙ executionibꝰ quēlibet eorū equitem ſex denarios groſſos: ⁊ quēlibet peditem tres denarios groſſos ab eo vel eis ad cuius vel ad quorum inſtantiam ambulabunt ꝑ qualibet die qua vacabunt huiuſmodi executiōibus: videlicet ab omnibꝰ mittentibus ſimul cōiunctis diſtribuēdo ꝓdictū ſalariū cuiuſlibet diei iuxta numeꝝ pſonaꝝ mittētiū cuiuſlibet diei iuxta numerū perſonaꝝ prout cuiuſlibet intererit. Si quis autem ipſoꝝ ſeruientium executorum quicꝙ vltra eis per nos moderatum pro dictis executionibus faciendis a quocūqꝫ iniuncto exigere preſumpſerit duplum eidē reſtituat: ⁊ quadruplū pro pena fiſco noſtro perſoluat:

¶ Quantū recipi debeat ꝓ executiōe ſentētiaꝝ aut miſſionibus in poſſeſſionē

PRo exequēdis ſeu pro executis ſententijs cauſaꝝ pecunialium ciuilium vel criminaliū conſiliorū ſeu iudicum noſtroꝝ: aut pro miſſione i poſſeſſionē alicuiꝰ rei ex iudiciali cognitiōe: ⁊ mādato liceat bailiuis caſtellanis ſeruientibꝰ generalibꝰ vel ſpecialibus executoribꝰ recipere ⁊ exigere ab eis quorū intererit: videlicet de ⁊ pro executione ſententie ſeu mādati cuiuſlibet ꝯtinentis ſummā viginti ſolidorū groſſoꝝ ⁊ infra duos denarios groſſos. ⁊ abinde ſupra vſqꝫ ad ſummā centū ſolidoꝝ groſſorū vltra primā librā iam taxatam pro qualibet libra groſſos quattuor fortiū: ⁊ inde ſupra pro qualibet libra groſſum vnū denarioꝝ fortium. Qui vero plus vel vltra predictā noſtram modeſtiā pro dictis executionibꝰ aut expenſis: vel alias a quocunqꝫ exigere preſumpſerit omne exactum indebitum eidē reſtituat quadruplū fiſco noſtro pro pena inde ipſo facto committenda perſoluat.

¶ De modo ⁊ taxa relationū ſeu reſcriptionū fiēdaꝝ ſup executionibus.

REłatiōes ſeu reſcriptiōes bailiuoꝝ: ⁊ caſtellanoꝝ nr̄oꝝ ſeu eoꝝ locatenētiū ſup executiōibꝰ eis commiſſis ꝑ ſcribas curiaꝝ ſuaꝝ: adorſo litteraꝝ citatoriaꝝ ſeu mādatoꝝ ſcribi iubemꝰ: ⁊ ipſoꝝ ſcribaꝝ ſignetis proprijs ſignari: in quibꝰ deſignenꝶ dies loca modi ⁊ cetere circūſtātie ipſarū executionū. Et pro qualibet ipſarū relationū ſeu reſcriptionū recipiaꝶ per dictos ſcribas vnus denariꝰ fortis. Relatiōes ſeu reſcriptiōes ſeruientium generaliū aut alioꝝ inferiorū executoꝝ fieri ⁊ deſcribi volumꝰ adorſo preſentiū put ſupra ꝑ ipſoſmet executores ſi ipſas relationes ſciant deſcribere ſine conſtu. Sinautē ꝑ ſcribas curiarū locorum vbi fient dicte executiones: aut ꝑ alios notarios publicos eas deſignantes. Qui quidē ſcribe ſeu notarij ſcribentes ꝑ qualibet relatiōe ſcripta ⁊ ſignata recipere ⁊ exigere poſſint a portitore huiuſmodi litteraꝝ vnum denarium fortem ⁊ nō vltra: Sub pena decē ſolidoꝝ fortium ꝑ quēlibet predictorū pluſꝙ ſtatutum eſt exigentem. ⁊ recipientem eoipſo committēda ⁊ fiſco noſtro applicāda cuilibet ſcribarum ſeu notariorum dictas relationes ſignate obmittēti ſimili pena imminente.

¶ De commiſſarijs ad inquirendum.

QUia pluralitas officiorum ad idē concurrentiū ⁊ maxime inqſitorū: ſubditiſqꝫ pluriū oneroſaqꝫ: et fiſco nr̄o inutilis eſt ⁊ damnoſa i diminutione formarū ⁊ penſionū officiorū ſcribarū ſeu notariorū curiarū nr̄arū bailiuorū ⁊ caſtellanorū nr̄orum ad quos ſpectat: ⁊ eorum principl'r intereſt de oībus ⁊ ſingulis delictis: ⁊ offenſis caſtellanus in quibus ſunt deputati ad ipſum officium ſcribanie ꝑpetratis ſeu cōmiſſis ingrere ⁊ ꝓceſſus inquiſitionales facere iuxta ſtatutorum nr̄orū circa ipſum officium edictorū decreta decernimꝰ hoc edicto perpetuo quoſcūqꝫ cōmiſſarios generales ad inquirendū de delictis vel offenſis: nullatenus ꝑ nos fore conſtituendos omnes ⁊ ſingulos huiuſmodi commiſſarios generales ad ingrendū: vt ꝓferꝶ ꝑ nos hactenꝰ ꝑ lr̄as nr̄as vel alias ſub quacūqꝫ forma ꝯſtitutos ab ipis ꝯmiſſionibus ⁊ cum poteſtate ⁊ officio inquirendi hoc eodem edicto expreſſe reuocantes: et eis vſum dicti officij gene



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

ralis inqſitionis ac eoꝝ quilibet ꝓhibentes. Sub pena viginti librarum fortium per eoꝝ quemlibet cōtrafacientem committenda: ⁊ fiſco noſtro applicanda. Omneſq; ⁊ ſingulas commiſſiones generales huiuſmodi eis factas caſſantes: ⁊ irritantes: ¶Per hoc tamen nō intendimus prohibere ſeu diſponere quin tam per nos: q̄ conſilia ⁊ iudices noſtros poſſint ⁊ debeāt deputari commiſſarij ſpeciales de noſtris cōſiliarijs: ſecretarijs: procuratoribus fiſcalibus: ⁊ alijs viris idoneis ad inquirendum de delictis offenſis ⁊ exceſſibus ſpecialibus: ⁊ alijs pro iuſtitia miniſtranda debite inquirendis tam in criminalibus q̄ in ciuilibus quotiens nobis ⁊ dictis conſiliarijs: ⁊ iudicibus noſtris viſum fuerit expedire.

¶De aduocatis ad cauſas patrocinandas.

¶De qualitate ⁊ iuramento aduocatorum.

ADuocatos ſeu patronos cauſarū eſſe oportet: ⁊ admitti eſſe volumus: ⁊ iubemus in curijs nr̄is viros etate morib⁹: ⁊ iuris peritia: ⁊ ab omni tergiuerſatione ⁊ intrincatione cauſarum. Notaq; infamie alienos quos: ⁊ eoꝝ quēlibet in eoꝝ admiſſione aſtringi volum⁹ iuramēto de iure cōmuni ſcripto ꝑ eos p̄ſtari determinato: videlicet q̄ quiſq; eorundē aduocatorum in patrocinio cauſaꝝ: per eū conſultandarum omne illud quod iuſtum: ⁊ verum eſſe extimauerit conſulet clientulis ſuis: ⁊ cum cognouerit cauſam improbam: vel penitus deſꝑatā: ⁊ ex mēdacibus ꝓpoſitionib⁹: ⁊ allegationib⁹ ſeu exceptionibus cōpoſitā ex mala conſcientia illā ex tunc non patrocinabitur: Et ſi lite pēdēte aliquid tale cognouerit ab inicio non cognitum: ⁊ litem non eſſe iuſtam a cōmunione ⁊ patrocinio illius penitus ſe ſeperabit: ⁊ ſe ſubſcribere eos iubemus pro ſe non pro alijs proprio ſuo ſigno manuali in ſingulis ſuis dictaminibus: ⁊ nō in alienis in quibus non erunt aduocati. ita q̄ certum ſit q̄ illa dictauerit: ⁊ ſciatur in qualibet cā q̄s vel q̄ aduocatus vel aduocati ſint: Exceptis ſupplicationib⁹ ſimplicis querelle que etiā ꝑ nō iuriſtas fieri poſſunt in quibus non erit petitio formalis ſuꝑ qua ſentētia dici poſſit: niſi in ſupplicationibus q̄ in audiētia noſtra producentur. quas ſignari volumus ⁊ iubemus. Sub pena decem libraꝝ fortium per quēlibet contrafacientē pro qualibet vice committenda: ⁊ fiſco noſtro applicanda.

¶De datiōe ⁊ diſtributione aduocatoꝝ parti non habenti facienda.

SI que partium litigantiū in aliqua curiarū conſiliorum ſeu iudicū noſtroꝝ aduocatos ſeu aduocatū in cauſa ſua ſe recipere vel habere nō poſſe ſeu potuiſſe aſſeruit ꝓpter aduocatorū excuſationē ſeu refutationē aut partis aduerſe ſubtractionē ſeu retētionē ipſorū aduocatoꝝ: Et propterea aduocatū ſeu aduocatos ſibi dari per curiam in qua litigat implorabit: hoc edicto ſtatuimus q̄ ſi per excuſationez ſimplicem ſiue ſubtractionē partis aduerſe ipſoꝝ aduocatoꝝ defuerit ſibi petēti aduocatū: tunc per conſiliuz noſtrum nobiſcum vel chamberiaci reſidens ſeu iudicē nr̄m in cuius curia huiuſmodi lis pendebit dicte parti petēti aduocatū ſeu aduocatos ſibi dari prouideat de aduocato ſeu aduocatis ſufficientibus: ⁊ idoneis ſub ſalario competenti: q̄ contra quācunq; ſeu quaſcunq; perſonas cauſam ſuā moueat vel defendat etiā cōtra nos: ⁊ fiſcū noſtrū. Sic q̄ ex aduocati ſeu aduocatoꝝ defectu cā ſua nō pereat. Si vero ꝓpter ſubtractationē ſeu retentionem aduocatorum per partem aduerſam vltra duos vel tres aduocatos de pluribus notabilioribuſq; aduocatis in motu litis vel poſt factam aduocati vel aduocatorum copiā dicte parti petenti defuerit: tunc in ipſo caſu fieri volumus ⁊ iubemus: iuxta diſpoſitionem iuris per alteruz conſiliorum aut iudicū noſtroꝝ corā quo cauſa huiuſmodi mota fuerit: ⁊ pendebit inter ipſas partes litigātes debitā diſtributionē ipſoꝝ aduocatorum eoſdē aduocatos quantū fieri poterit pacificando: ita q̄ vna partium nō habeat peritiſſimos: ⁊ alia nudos. In hac autē diſtributione ⁊ datione aduocatoꝝ excuſationē ſeu refutationē ipſorum aduocatorum allegantiū cognationē ſeu conſanguinitatē partis aduerſe niſi attingat infra quartū gradū vel eandem profeſſionē i iure habere cū ipſa parte aduerſa pecunias ꝓ ipſa aduocatione in eadem cā recepiſſe: niſi fuerint principales aduocati vel procuratores ipſius cauſe: hoc edicto decernim⁹ nō eſſe admittendā: Sed ipſos tales aduocatos diſtributioni ⁊ dationi iudiciali omnino parere debere ⁊ teneri reſtitutioni pecunie ſi que recepta fuerit a parte aduerſa ꝑ quēq; dictorū aduocatorum diſtributoꝝ ſeu datoꝝ prius facta ipſi parti a qua receperit. Si vero ꝓpter iuſtas excuſationes ſeu refutatiōes dictoꝝ aduocatorū aut alias diſtributio equa ⁊ debita aduocati ſeu aduocatoꝝ datio parti petēti fieri nō poſſit: tūc ꝑ alterū cōſiliorū aut iudicum nr̄oꝝ corā quo ipſa lis pendebit eidē parti petenti i defectu alioꝝ aduocatorum prouideatur ⁊ prouideri iubemus de vno idoneo aduocato ex collateralib⁹ ſeu conſiliarijs noſtris iuriſperitis aut alijs iudicibus noſtris: ſeu noſtro aduocato generali fiſcali prout cōſilio vel iudici noſtro coraz quo litigabitur melius viſū fuerit. Qui quidē aduocat⁹ ſic dat⁹ ꝑti petēti cām ipſius



ipſius partis iuſte fouere ⁊ patrocinari ſeruatis clauſulis iuramenti per ipſum aduocatum tunc preſtādi prout eſt ſtatutum diligenter ſub competēti ſalario teneat. Sub pena ſexaginta ſolidoruz fortiuz per partem indebite impedientē: diſtributionem ſeu dationem equā dictorū aduocatorū: necnon per quemlibet aduocatum diſtributum ſeu datum iuſtam excuſationē cōtrariā nō habētē oīs aduocatiōis ſeu patrocinij cauſe ad quā cōſultādā ſtatus vel diſtributus fuerit aſſumere recuſantez ⁊ ꝑ iudicē ſeu magiſtrū huiuſmodi diſtributionē ſeu dationē iuſte prout ſupra facere negligentē committēda: ⁊ fiſco noſtro applicanda: ¶Prohibitione ſtatutorum noſtrorum collateralibus vtriuſq; conſilij noſtri de non aduocando ſeu patrocinando in cauſis ſupra facta in caſu huius edicti noſtri non obſtante.

¶Aduocati durante lite non debent paciſci cum ſuis clientulis de quota parte litis aut aliū contractum inire.

VT ſine fraude ⁊ ambitionis reſpectu cauſas quas patrocinandas aſſumpſerint patrocinari valeāt omnibus ⁊ ſingulis aduocatis hoc edicto prohibemus: ne cum perſonis in quarum cauſis aduocationis: officium exercebunt quemcunq; contractum venditionis: donationis permutationis ac alium ſeu pactum de quota litis ſeu rei litigioſe huiuſmodi cauſas pendentibus inire preſumant. Sub pena dupli eius quod ſic acquiſierit fiſco noſtro applicanda: ⁊ per quemcunq; aduocatum contrafacientem committenda vltra reſtitutionem rei vel rerum acquiſitarum ſiue clientulis in integrum faciendam.

¶Quod in iudicijs non admittantur dictamina aduocatorum vana ſuperflua: ⁊ ad merita cauſarum non facientia.

VT propter aduocatorum quorundam imperitiam vel etiam malitiam lites vltra debitum non pro-
tellentur: hoc edicto iubemus conſilijs noſtris nobiſcum ⁊ chamberiaci reſidentibus: necnon om-
nibus ⁊ ſingulis iudicibus ordinarijs noſtris ⁊ delegatis ac alijs magiſtratibus cauſarum cognitionem
exercētibus: ne cedulas ſcripta ſeu dictamina quoruncunq; aduocatorum in auditorijs cauſarum ipſorū
cōſiliariorum iudicum magiſtratuum noſtrorum aut alterius eorundē per quaſcunq; ꝑſonas ſeu ꝑtes ꝓ
ductas ⁊ ꝓducta in quibus huiuſmodi iudicātes videbunt contineri friuolas exceptiones: oppoſitiones
ꝓpoſitiones: reſponſiones ſeu allegationes varias: aut alia quecunq; ſuperflua ⁊ manifeſte fruſtratoria:
dilatoria: vaga: inutilia: impertinentia: ⁊ ad merita ⁊ iuſtificationes cauſarum nō faciētes ſeu facientia: ⁊
quas ꝑtes quaꝝ ſunt aduocati eis non predixerint potius ad diferendum cauſas ⁊ lites q̄ ad iuſtitiam
⁊ merita ipſaꝝ cauſarū ⁊ veritatē ipſoꝝ negociorū ſcienter ⁊ doloſe productas tā in agēdo q̄ in defendē
do i audientijs cauſarū corā eis vel eorum altero pēdentiū admittere p̄ſumāt. ſed eas ⁊ ea repellāt reſpu-
ent ⁊ lacerēt ſeu faciāt lacerari. Et vt tales inutiles ⁊ fruſtratorie cedule ſeu dictamia ⁊ cōparitiōes ſtatim
cognoſci valeant: ⁊ deinde repelli ⁊ lacerari vt ſtatutum eſt omnes huiuſmodi cedulas ſi commode fieri
poſſit vel ſaltē eaꝝ effectum ⁊ puncta inutilitatis volumus ⁊ iubemus legi corā iudicātib⁹ ꝑ notarios cau
ſarum i quibus producentur. Et ſimili modo poſitiones ⁊ articulos in cauſaꝝ ⁊ curiaꝝ p̄dictorū audito-
rijs productas: ⁊ ꝓductos nihil facientes ad merita ipſarum cauſarum aliud nō cōtinētes: niſi ea que iam
inter partes litigantes acta ⁊ geſta fuerint in iudicio ipſarum cauſarum: ⁊ que ex actibus ⁊ proceſſibus
pſarum cauſarum iam factis ⁊ productis apparent ⁊ probent ac ſunt notoria iudicibus niſi forſan ꝓdu-
cātur tantūmodo ad cōmendationē memorie: ⁊ nō ad ꝓbandū in iudicijs predictis admitti ꝑ iudicantes
ꝓhibemus. Sed potius eas ⁊ eos repelli ⁊ lacerari iubemus prout de alijs ſcripturis ⁊ cedulis friuolis
eſt ſtatutum. Et vt tam aduocati q̄ ꝑtes litigantes a ꝓductiōe talium friuolarum ſcripturarū ſaltē pena
rum formidine cōpeſcantur aduocatos qui huiuſmodi vanas cedulas dictamina poſitioneſq; articulos
fruſtratoria fecerint: ⁊ que poſtmodum iuxta hoc noſtrum edictum repulſe: ⁊ repulſi fuerint penam per-
iurij ⁊ priuationis oīs aduocationis per vnū annum a die repulſionis taliū ſcripturarū numerandum eo
ipſo incurrere decernim⁹ ⁊ volumus vltra notam infamie quā ex inde contrahere perhibeant per dictū
tempus duraturam. ¶Partes vero ſeu perſonas ꝓducentes tales vanas ſcripturas ⁊ repulſas in expen-
ſis partium aduerſarum ratione retardationis proceſſuum huiuſmodi ſoluendis fore cōdemnandas vna
cum pena viginti ſolidorum fortium per quemlibet talia vna producentem pro qualibet productione cō
mittenda ⁊ fiſco noſtro applicanda. ſi iudici videatur partem producentem talia ſcienter ⁊ malitioſe vel
doloſe cauſa fruſtrande litis produxiſſe vel contradixiſſe.

¶Quod aduocati dum aduocabunt perſonaliter in preſentia iudicantium non ſedeant ſed ſtent recti reuerentes.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

VT honoꝛ debitus magiſtratibus ⁊ iudicibus ꝓut in iure cautum eſt exhibeatur hoc edicto ſtatuimus quod omnes ⁊ ſinguli aduocati dum in preſentia ipſoꝛuȝ iudicantium pro tribunali ſeu in bancho tribunalis ſedentium officium aduocationis proprijs oꝛaculis ſeu ſcripturarum productionibus exercebunt ſedere non preſumant: Sed cum reuerentia ⁊ verboꝛum modeſtia ſtent ibidem quantumcunqꝫ peritie ſeu prebeminentie gradus ipſos aduocatos contingat intereſſe.

## De iudicijs ⁊ cauſarum cognitionibus: ꝙ i cognitione cāꝝ ꝓcedat̄ ſūmarie ſimpliciter ⁊ de plano.

DIſpendijs ſubditoꝛum que plerunqꝫ ex cauſarum ⁊ litiū ꝓtellatione ⁊ ſubtili iudicioꝛuȝ oꝛdinis obſeruatione contingunt prouidere cupientes vt lites abbreuient: ſtatuimus hoc edicto ꝙ in oībus litibus ⁊ cauſis ciuilibus ⁊ pecuniarijs inter quoſcunqꝫ ⁊ qualeſcunqꝫ ⁊ quantecunqꝫ in curijs ſeu auditorijs conſilioꝛum noſtroꝛum nobiſcum ⁊ chamberiaci reſidentium ac iudicum noſtroꝛuȝ oꝛdinarioꝝ ⁊ delegatoꝛum quoꝛūcunqꝫ deuolute procedant ⁊ procedere debeant auditoꝛes ⁊ iudices earum in ipſarum cauſarū deciſione ac cognitione ſummarie ſimpliciter ⁊ de plano ſine iudicij ſtrepitu ⁊ figura: ſed ſola facti veritate inſpecta oꝛdinis iudiciarij ⁊ ſubtili obſeruatione ciuili premiſſa ⁊ non ſeruata: Si tamē in premiſſis caſibus ⁊ cauſis ſolennis oꝛdo iudiciarius in toto vel in parte non contradicentibus partibus litigantibus obſeruetur non erit proceſſus propter hoc irritus nec irritandus.

## De terminis inſtantiarum in cognitione cauſarum ſeruandis.

AD cauſarum ciuiliū abbreuiationē ne fiāt pene īmoꝛtales tempus inſtantiarū primarū ipſarū cauſarū ad ꝑfectum ſubditoꝝ moderantes hoc edicto ſtatuimꝰ ⁊ decernimꝰ in cauſis ciuilibꝰ extra curiā conſilij noſtri nobiſcum reſidentis motis ⁊ mouendis ac tractandis terminum inſtantie eſſe vnius anni ⁊ menſis vnius ꝓ actis viſitandis a die tradite vel facte petitionis eius ſuper quo cauſa mota fuerit numerandum vltra quem ipſarum cauſarum inſtantiam pꝛoꝛogari ſeu extendi pꝛohibemus: niſi foꝛſan in arduis auditoꝛes ſeu iudices ipſarum cauſarum huiuſmodi inſtantiam ex iuſta cauſa decreuerint vltra dictū tēpus pꝛotellandum: quo caſu ipſam inſtantiam vltra ſex menſes dictū annuȝ immediate ſequētes ⁊ vnū mēſem pꝛo viſitandis actis pꝛoꝛogari pꝛohibemus. Sub penis iudicibus cauſas vltra debitum terminuȝ pꝛotellantibus a iure inflictis per quencunqꝫ noſtri pꝛeſentis edicti tranſgreſſoꝛem ſubſtinendis. Oꝛdinātes ꝙ ipſe partes litigantes tam actoꝛes ꝗꝫ rei teneantur ⁊ debeant intentionem ſuam ⁊ cauſaȝ iuſtificaſſe ⁊ acta ſua poꝛtare ⁊ tradere ius dicere debenti infra annum: ⁊ ſi fuerit pꝛoꝛogatum vt ſupꝛa infra terminum pꝛoꝛogationis menſe de quo ſupꝛa ius dicere debenti pꝛo actis viſitandis ſententia dictanda: et pꝛoferenda. Saluo remanente: ita vt ſuper actis poꝛtatis altera tantuȝ parte acta ſua tradente ius dici debeat atqꝫ poſſit ⁊ diffinitiua pꝛoferri ſententia. Quem terminum inſtantie cauſarum ipſi inſtantie pꝛefigimus partibus tamen coꝛam ipſo pꝛimo iudice litigantibus: ſeu in lite ⁊ cauſa pꝛocedentibus: Non intēdentes ſi coꝛam alio iudice litigarent ipſe partes. Et hoc ideo vel alias a litigādo coꝛam ipſo pꝛimo iudice ipſe partes ſuperſederent vel deſiſterent vel alias vt ſupꝛa ipſe ꝑtes ceſſarēt a litigādo finibꝰ dicti anni ⁊ menſis per nos vt ſupꝛa inſtantie pꝛefiniti nullatenus limitari: Sȝ omnino intendimus dicto tempoꝛe curſum inſtantie non currere. Decernentes etiā vt quicqͥd poſt dictū terminū vt ſupꝛa ſtatutum completum fuerit in iudicijs agitatum: illud eſſe omnino irritū ⁊ inane: Actis tamē infra dictum terminum inter partes agitatis remanentibus validis vt ſi ipſe partes vel altera ipſarum decreuerint cauſam ī nouā inſtātiā reaſſumere illam reaſſumere poſſint ⁊ valeant actis pꝛedictis in tempoꝛe pꝛime inſtantie agitatis ſemper fidem facientibus: Expenſas autem litis infra dictum terminum inſtantie non deciſe ſolui volumus per partem per quam ſteterit: quo minus infra terminum cauſa dicte inſtantie diffinitiue fuerit terminata alteri parti diffinitiuam petenti. In cauſis autem tam pꝛimarum inſtantiarum ꝗꝫ appellationuȝ vel ſupplicationum coꝛam conſilio noſtro nobiſcum reſidente vertentes vel etiam ventillantes in poſterum tempus inſtantiarum per hec noſtra ſtatuta pꝛefixum currere nolumus.

## Nulli litigantium liceat poſt litem conteſtatam iudicem ſuſpectum dicere vel recuſare ex noua cauſa ſuperueniente.

CUm poſt litem conteſtatā ⁊ ceptum iudiciū iuxta iuris diſpoſitionem: non liceat iudicē ſuſpectuȝ dicere vel recuſare: ne lites in infinitū extendantur iuris veſtigia ſequentes ſtatuimus hoc edicto alterum ex litigantibus in medio litis vel poſt litem conteſtatam ſeu ceptum iudicium iudicem ſimul ſuſpectū allegantē non audiri: niſi ex cauſa iuſta noua pꝛobabili ſuperueniente: Sed ſi quis ipſoꝝ litigantiū iudicem ſuſpectum dicere ⁊ recuſare voluerit in litis exoꝛdio ante litē conteſtatam hoc ꝓponat ⁊ ſuſpitiōis cauſas



cauſas declarat. Quo quidem iudice ſuſpecto compꝛobato ⁊ recuſato: arbitros per partes ſecundum iuris diſpoſitionem ad cauſe deciſionem eligi ⁊ aſſumi iubemus. Quicunque vero poſt litem conteſtatam: et ceptum iudicium iudicem ſuſpectum allegans cauſa litis pꝛotellande: aut fruſtrandi iudicij recuſauerit ſine cauſa noua iuſta ⁊ pꝛobabili ſuperueniente quam pꝛobare teneatur penam ſexaginta ſolidorum foꝛtium eo ipſo incurrat fiſco noſtro applicandam.

## In litis exoꝛdio petitio debet fieri verbo vel in ſcriptis ⁊ ī actis cauſe inſeri: deinde litis conteſtatio.

QUoniam iuxta petitionis foꝛmam ſententia iudicis eſt pꝛoferenda: ſtatuimus in ipſo litis exoꝛdio petitionem fieri ab actoꝛe verbo vel in ſcriptis ⁊ in actis cauſe inſeri: vt ſuper quibus poſitiones ⁊ articuli foꝛmari debeant poſſit haberi per iudicem plenioꝛ certitudo ⁊ clarioꝛ fiat cauſe deciſio ⁊ diffinitio. Quamquam in cauſis ſummarijs vbi ſine figura ⁊ ſtrepitu iudicij pꝛoceditur: nec libellus neceſſario exigatur nec litis conteſtatio foꝛmalis requiratur. Qua quidem petitione verbo vel in ſcriptis facta: ⁊ in actis cauſe inſerta ⁊ ſecura rei ad petita contradictione ſeu oppoſitione alia ꝗꝫ dilatoꝛia qua in ingreſſu litis eſſet oppoſita litem conteſtatam foꝛe decernimus: adeo vt vocato reo ⁊ data petitiōe actoꝛis verbo vel ī ſcriptis: ⁊ ipſo reo nō confitēte intētionē actoꝛis. poſſit ⁊ debeat iudex ꝓcedere ad teſtiū ꝓductioneȝ ⁊ examinationē inſtroꝝ exhibitionē: ⁊ inde ad diffinitiuā ſentētiā partibus tamen ad plenum in ſuis iuribus auditis cum partium aſſertione iura pandant ⁊ cauſarum merita dignoſcantur.

## Iudices debeant intendere ad abbꝛeuiationem cauſarum dilationes ⁊ ſubterfugia repellēdo

STudeant ⁊ intendere volumus ⁊ iubemus iudices ad abbꝛeuiandū cauſas ⁊ lites quātum fieri poterit: iuſtitia nō offenſa conſiderent petitiones in litis exoꝛdio vt inde debite ꝓcedāt: amputent dilationum diffugia: fruſtratoꝛias exceptiones partiumqꝫ aduocatoꝛum pꝛocuratoꝛum: inutiles pꝛepoſitiones: cōtētiones ⁊ vana iurgia repellant: teſtium ſuperfluam multitudinem moderentur. Et de hiſque cognouerint ſecundum veritatē ⁊ iuſtitiam bꝛeuiter pꝛonunciare non differant: non tamen vtendo ī deciſione cauſarum ipſaꝝ tanta bꝛeuitate quin pꝛobationes ⁊ defenſiones partium legitime ⁊ neceſſarie ꝑ ipſos iudices admittantur. Si qs autē vel ſi qui iudicum noſtroꝝ quaruncunqꝫ curiaꝝ nr̄aꝝ ꝓpter amoꝛē vel odiū timoꝛē vel turpis lucri pꝛeciū: aut alias malicioſe litē vel lites vtraqꝫ parte litē peragere cupiente pꝛothelare vltra tēpoꝛa inſtantie ſuperiꝰ diffinita pꝛeſumpſerit ſeu ꝓſumpſerint penam viginti quinqꝫ librarū foꝛtium pꝛo qualibet huius edicti tranſgreſſione quilibet eoꝛuȝ ſe nouerit eo ipſo incurſurū fiſco noſtro applicandam. Pari pena hoc edicto plectentes ⁊ deplectendos eſſe decernentes quemlibet litigantem qui timere per vias ⁊ exceptiones varie ⁊ malicioſe exquiſitas litem ſataget aut inſtabit ꝓrogare ne ſuo marte debito decurrat ⁊ infra dicta tempoꝛa inſtantie terminetur. Aduocatis de hoc culpabilibꝰ penis in ſuo titulo in hoc caſu iam inflictis irremiſſibiliter puniendis.

## Que cauſe qualiterqꝫ ⁊ quando debeāt decidi ⁊ terminari per delationem iuramēti.

IUreiurando cauſas ⁊ lites decidi ⁊ terminari ſtatuimus quando alter litigantium vel reus de ⁊ ſuper debito petito quod pꝛoponetur inter ipſos litigantes fuiſſe contractum non per ſuos aut alterius eoꝛum pꝛedeceſſoꝛes: ita quod ipſi litigantes non habeant aliquam ignoꝛantiam facti cauſam alteri in iudicio iuramentum detulerit ſic videlicet ꝙ ſi actoꝛ deferat iuramentum reo dicens ꝙ ſuper ipſo debito vult ſtare iuramento ipſius rei: reus iuret vel referat iuramentum actoꝛi tunc ipſa cauſa per huiuſmodi iuramentum terminetur omni dilatione ⁊ vlterioꝛi lite ceſſante. Et contra ſi reus ſuper ſolutione quitatione compenſatione pacto de non petendo aut alia exceptione ex contractu vel facto inter ipſos litigantes habito pꝛecedente per ipſum reum allegatis de quo non poſſit actoꝛ ignoꝛantie cauſam pꝛetendere: ipſum actoꝛem ſi pꝛobata fuerit repellente iuramentum actoꝛi deferat: dicens ꝙ vult ſtare iuramēto ipſius actoꝛis: tunc etiam actoꝛ iurare debeat vel iuramentum reo deferat: ⁊ ſic cauſa iureiurādo etiā decidatur. Vel alias ſi reus ſuper petitione actoꝛis ſicut aliquando contingit qua ipſe reus negauerit non pꝛoponendo exceptionem aliam actoꝛi deferat iuramentum dicens ſe velle ſtare ſuper ipſa petitione iuramento ipſius actoꝛis. Tunc ſi actoꝛ recuſauerit iurare iubemus reum abſolui ab ipſa petitione actoꝛis: ⁊ eundem actoꝛem ī expenſis dicti rei quas occaſione illius cauſe fecerint condemnari huiuſmodi cauſas ſic decidi et terminari volentes et iubemus in omnibus curijs noſtris. Sub pena centum ſolidorum foꝛtium per quemlibet iudicum noſtroꝛum contrafacientem tociens quociens cōtrafecerit committenda ⁊ fiſco noſtro applicanda.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

**⁋ Cauſe ruſticorum viduarum: pupillorum: peregrinorum: pauperum ⁊ ſimilium perſonarum miſerabilium terminentur ſine ſolēnitate ⁊ ſine ſcriptis.**

CAuſam ruſticorum pauperū laboratorū: orfanorum: viduarum: pupillorum peregrinorum: mercatorum: forenſium: viatorum: ⁊ aliarum miſerabilium perſonarū ſine iuris ſolennitate: ſineq̧ ſcriptis ⁊ libelli oblatione atq̧ dilationibus decidi ⁊ terminari volumus ⁊ iubemus conſiderata perſonarum ⁊ cauſarum qualitate: Et maxime ſi cauſa quadraginta ſolidorum fortium quātitatē nō excedat. Hoc etiā ſaluo ⁊ ꝙ petitiones: reſpōſiones: ⁊ ſententie huiuſmodi cauſarum modicarum ſi ⁊ ꝑut iudici coram quo ventilabunt̄ expedire videbit̄: ⁊ ex ipſius iudicis officio in libris curie deſcribant̄ ſub breuibus verbis: et earū trāſcriptum partibus ſi petant detur. Si quis ꝓpter paupertatē ⁊ aduerſarij ſui potentiam nō poſſit tractare nec cōducere cauſam ſuā: iubemus iudici ipſi⁹ cauſe quatenus ex officio ſuo de iure ⁊ iuſtitia ipſi⁹ impotentis inquirat vel inquiri faciat cum eius aduerſario: ⁊ alios prout debite poterit vti veritate inq̄ſita ⁊ habita predicti cauſam pauperis diſcutiat ⁊ terminet ſine mora. ⁋ Pauperem autem hunc intelligi volumus ⁊ decernimus arbitrio iudicantis.

**⁋ Exceptiones dilatorie in ingreſſu litis iuſte oppoſite admittende ſunt: ⁊ ſtatim ſuper eis cognoſcatur.**

EXceptiones dilatorie quas per alterū litigantiū in litis ingreſſu opponi cōtingerit contra alteram partē ſeu perſonas litigātium: vtpote quia non habeāt legitimas perſonas ſtandi iudicio: aut quia in patria poteſtate cōſiſtant: vel ꝙ ſint impuberes qui ſine tutoribus: vel minores .xxv. annis: aut furioſi vel mente capti qui ſine curatore in iudicio cōuenire vel cōueniri non poſſint ⁊ ſimiles: aut contra ꝓ alijs comparentes oppoſite: ut quia non habeant mandatum: vel ꝙ ꝓcuratorium exhibitum non ſit ſufficiens: cōtra tutores vel curatores non fuerint rite dati: vel ꝙ nō fuerit inuentarium ante cui⁹ cōfectionem adminiſtrare non poſſint vel ſententie excōmunicationis. ⁊ ſimiles exceptiones cōmuni iure ſcripto ⁊ rōne cōprobatas licet in cauſis ſummarie procedat̄ admitti iubemus. ⁊ ſup illis ſtatim cognoſci ordinari ſeu declarari antequā ad cognitionem cauſarum principaliū procedat̄. vt ipſe proceſſus valeat ⁊ teneat.

**⁋ Exceptiones friuole contra poſitiones ⁊ articulos oppoſite repelli debent. ⁊ in admittendis poſitionibus ⁊ articulis ſeruetur hic modus.**

AD friuolas exceptiones que poſitionibus ⁊ articulis per partes litigantes opponunt̄ euitandas liteſq̧ abreuiandas: ſtatuimus hoc edicto ꝙ vnus dūtaxat det̄ terminus breuis per iuſdicentem ad reſpōdendum poſitionibus in iudicio productis vel alias ad opponendum de impertinentia: vel in admiſſibilitate ipſaꝝ poſitionum ſeu articulorum productorum: necnō ad opponendum ſeu articulādū de contrario. Quo quidem termino lapſo iudex viſis poſitionibus ſeu articulis ac exceptionibus oppoſitis ſtatim ordinet ꝑut iuridice videbit̄ faciēdum. In dubio tamen ordinet cū clauſula ſaluo iure impertinentium vel nō admittendarū poſitionū ſeu articuloꝝ qua clauſula per iudicē in huiuſmodi ſua ordinatione appoſita nulli partium litigātium licere decernimus inde appellare ꝓuocare ſiue ſupplicare.

ordination / admiſſiom / poſitionū ſeu / articuloꝝ nō lz appellare

**⁋ Qualiter ⁊ infra quem terminum proceſſus criminales contra carceratos facti debeant terminari.**

VT conuictos de crimine velox pena ſubducat aut abſoluēdos ⁊ liberādos cuſtodia diuturna nō maceret ſtatuimus hoc edicto ꝙ ſinguli iudices noſtri cauſas criminales incarceratorum in locis ⁊ terris ſibi cōmiſſaruȝ iudicaturarum occurrentes. Quaꝝ cognitio ⁊ diffinitio ad eos ſpectare debebit infra vnum menſem proximum poſtquam fuerit per quemlibet incarceratum aut eius procuratorem petitum in cauſa diffiniri: ⁊ ius dici. vel data copia ipſi incarcerato huiuſmodi proceſſus. ⁊ eius auditis defenſionibus per denunciatorem: accuſatorem aut procuratorem noſtrum fiſcalem illius curie petitum fuerit in ipſa cauſa interlocutoriam vel diffinitiuam ſententiam pronunciari iudicent: ⁊ ſententiam interlocutoriam ſuper queſtione: ⁊ tortura ipſius incarcerari vel ipſorum incarceratorum cum caſus occurret aut alias diffinitiuam prout cauſa requiret proferant prout in territorijs ipſarum iudicaturarum ſibi commiſſarum ipſis incarceratis vel incarcerato preſentibus: ⁊ ad preſentiam ipſorum iudicum tunc adducto vel adductis ſiue ipſi incarcerati ſeu incarceratus fuerit de noſtro aut ipſorum iudicum ſeu quotumcunq̧ aliorum magiſtratuum noſtrorum ſpeciali mandato ſiue non ex officio baylinorum ſeu caſtellanorum noſtrorum aut eorum ſeu locumtenentium in carceres miſſi ſeu detenti miſſus ſeu detentus. Sub pena quattuor ſolidorum fortium per quemlibet iudicem moroſum ad proferendas huiuſmodi ſententias interlocutorias



terlocutorias vel diffinitiuas poſtq̄ꝫ petitum fuerit diffiniri ⁊ ius dici vt prefertur atq̧ aſſignatum pro qualibet die qua moroſus fuerit ipſe iudex committenda: ⁊ fiſco noſtro pro medietate ⁊ incarcerato ſeu incarceratis pro alia medietate in migialia ſua applicanda: niſi idem iudex iuſta ⁊ probabili cauſa egritudinis vel vacationis circa noſtra negocia impeditus fuerit. aut locumtenentem ad hoc plenius expertuȝ non habuerit qui intendere voluerit de cauſa ſummarie conſtare debeant coram nobis aut altero conſiliorū noſtrorum: aut alio iudice ad hoc per nos deputato.

**⁋ Quod ſtilus ſeruatus in curijs domini circa inquiſitiones ſernandas copias dandas ⁊ ſententias inde ferendas pro lege ſeruetur.**

CUm minime ſint mutanda que certam interpretationem habuerunt: ſtatuimus ꝙ in cauſis criminalibus quibuſcunq̧ ſtilus hactenus in curijs noſtris citramontes vſitatis: quia breuis vtilis ad terminationem ipſaꝝ cauſaꝝ perhibetur in ipſis curijs noſtris q̄buſcunq̧ continue ſeruet̄: videlicet ꝙ ad ordinem reſponſionis inquiſitoꝝ productionis receptiōis ⁊ examinationis teſtium nō attendatur. ſed fieri poſſit valeatq̧ ⁊ teneat ꝓceſſus inquiſitionalis ſuper his que deliquiſſe inculpatus fuerit inquiſitus ſiue ſit incarceratus ſiue non. ſiue precedat reſponſio ipſius inquiſiti atteſtationes teſtium: ⁊ informationes de ipſo crimine intitulato ſeu de quo ipſe inquiſitus erit inculpatus ſiue ſequatur ipſa reſponſio inquiſiti ipſas atteſtationes: ⁊ informationes. Et ꝙ per ſcribam ſeu notarium qui proceſſum fecerit traditio copie proceſſus ⁊ atteſtationum teſtium inq̄ſitio facta ad publicationem ipſarum atteſtationum ſufficiat: ⁊ valeat. Et poſt ipſam talem publicationem per dictum ſcribam curie factam per traditionem copie ipſius proceſſus facta inquiſitio vt prefertur ⁊ didicita teſtificata per partes inquiſitam ⁊ procuratorem fiſcaleȝ duntaxat ſuper eidē. ⁊ directo contrarijs articulis poſſint alij teſtes produci ⁊ examinari. ſiue ingratur de delicto ſiue de innocentia inquiſiti ſeu inculpati. Et valeant: ⁊ teneant tales examinationes. Hunc igitur ſtilum ⁊ alios in patria noſtra hactenus obſeruatos: licet hic non inſectos in cauſarum criminalium deciſione ⁊ cognitione in omnibus curijs noſtris per iudicantes in illis decernimus ⁊ iubemus eſſe pro iure ſeruandum. Niſi vbi aliter per libertates: ⁊ priuilegia locorum foret alias conceſſum. Quibus quidem libertatibus iam conceſſis per hoc edictum derogare non intendimus nec volumus.

**⁋ De tempore ad defenſiones faciendas conceſſo.**

DEfenſionum tempora inquiſitis cauſis ⁊ proceſſibus criminalibus ad ſuas defenſiones faciendas per ſcribas curiarum in quibus huiuſmodi proceſſus inq̄ſitionales formabunt̄ in traditione copiarum ipſorum proceſſuum inquiſitis iuxta ſtatuta noſtra facienda triginta dierum non feriatarum ad honorem dei decernimus hoc edicto fore prefingenda niſi quatenus iudices locorum ex aliqua iuſta: ⁊ rationabili cauſa qualitate perſonarum ⁊ delectorum penſata terminum breuiorem vel longiorem ad huiuſmodi defenſiones faciendas ipſis inquiſitis arbitraretur aſſignandnm ſeu concedendum. in quorum arbitrio dicto caſu relinquimus ipſius terminum conceſſionis ſeu aſſignationis faciendum.

**⁋ De modo procedendi in cauſis debitorum pecunialium vel aliarum obligationū quorum inſtrumenta erunt ſigillata.**

STilum ſigillati antiquitus in curijs noſtris obſeruatum vt cauſe debitorum pecunialium celeriter terminentur inſequentes ſtatuimus ꝙ omne inſtrumentum debiti numerate pecunie vel alterius contractus in quo ſcriptum apparebit actum fuiſſe inter partes ibi nominatas: ꝙ ipſum inſtrumentum alicuius curiarum noſtrarum ſigillo ſigillari debeat ⁊ petatur vel hoc non acto inter partes ꝙ debeat ſigillari. Si tamen illud inſtrumentum cum prothocollo originali facta collatione debita reperiatur concordare. ⁊ petatur ſigillari in aliqua curiarum noſtrarum predictarum. ſine difficultate quacunq̧ ſigilletur. Quod q̄dem inſtrumentum ſic ſigillatum ſi petatur a iudice cui pertinebit per creditorem contra debitorem ſeu debitores executioni demandari. tunc in ipſa cauſa iuxta ſtilum ſigillati procedi volumus ⁊ iubemus. Sic videlicet ꝙ cōcedatur creditori inſtrumentum ſigillati deferenti compulſoria per qua mādetur debitorem ſeu debitores in ipſo inſtrumento ſigillato nominatos compelli ad ſoluendum ⁊ ſatiſfaciendum ipſi creditori vel alias ad implendum id ad quod in ipſo inſtrumento apparebunt obligati niſi ſolutionem quitationem. pactum de non vlterius quicquam petendo inſtrumenti falſitatem. vel aliā perhemptoriam exceptionem opponant. Quo caſu ipſi debitores ſeu debitor contra quem ſeu quos conceſſe fuerit dicta compulſoria aſſignentur ⁊ citentur coram ipſo iudice qui compulſoriam ipſam conceſſerit ad aliquam certam diem comparituri. ⁊ cum creditore ſeu creditoribus qui eandem compulſoriam obti-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

nuerunt ſuper contentis in predicto inſtrumento ac ſuper ipſa compulſoria oppoſitaqꝫ exceptione proceſ
ſuri. quo comparente ſeu quibus comparentibus detur dictum iudicem terminus: ⁊ dillatio breuis ad po
nendum vel articulandum ſuper ipſa exceptione allegata. Et ipſis poſitionibus negatis. Ubi poſitiones
tradite fuerint detur terminus ⁊ dillatio ad probandum propoſitam exceptionem: ⁊ audientur partes ſi
ne ſuperfluis dillationibus fruſtratorijs ⁊ non neceſſarijs. Ita ꝙ infra tres menſes ipſa cauſa ſigillati a
die propoſite in iudicio poſt datam copiam reo ſeu reis inſtrumẽti ſigillati exceptiones numerãdos de
cidatur. ⁊ terminetur. niſi iuſta: ⁊ probabili cauſa vel impedimeto longius tempus ad cognitionem: ⁊ de
ciſionem ipſius cauſe exigeret: ⁊ longiori indagine opus eſſet ipſius iudicis arbitrio relinquendum. Si
vero ipſi rei vel reus cõtra quos fuerit conceſſa compulſoria nihil opponant: ⁊ aliquam ex dictis exce-
ptionibus non allegent. vel opponentes ſeu opponens dictas exceptiones aut earum alteram aſſignat⁹
ſuper illis procedere vt perfertur ſeu aſſignati fuerint contumaces ſeu contumax: ⁊ citati ſecundo non cõ
paruerint ſeu comparuerit aut comparens vel comparentes in exceptione ſeu oppoſitione non perſi-
ſtant ſeu perſiſtat vel in examinatione perſiſtentes ſeu perſiſtens illam non probauerint ſeu probauerit
infra dillationes ſibi datas. tunc examinationi debite conceſſa ſuper inſtrumento ſigillato compulſoria
contra ipſos reos ſeu reum ibidem nominatos deducatur: ⁊ deduci mandetur: Concedaturqꝫ preciſa cõ
pulſoria per quam ipſi debitores ſeu debitor in ipſo inſtrumento ſigillato nominati ſeu nominatus preci
ſe compellantur ad ſoluedum ſeu ſatiſfaciendum creditori iuxta id quod apparebunt ſeu apparebit in eo
dem inſtrumento obligati vel obligatus. Et ſi forſan inde appellauerint ipſi rei vel reus cauſa huiuſ-
modi appellationis infra tres menſes a die interpoſite appellationis numerandos terminetur niſi iuſta
impedimenti cauſa probabili iudex ad quam longius tempus duxerit concedendum infra quod ipſa cau
ſa debeat terminari quod tamen tempus alios tres menſes excedat. Ubi autẽ mora negligentia fauore
odio aut dolo vel culpa alicuius dictorum iudicum ipſa cauſa infra tempora predicta: vt ſupra diſponit
non fuerit terminata ipſe iudex cuius facto dolo culpa vel negligẽtia cauſa fuerit prothelata penam cen
tum ſolidorum fortium incurrat eo ipſo fiſco noſtro applicanda.

Inſtrumenta debitorum pecunialium ſeu aliarum obligationum altero
ſigillorum conſiliorum dominij ſigillata obtinent vim rei iudicate.

PRo breuiori litium expeditione hoc edicto perpetuo ſtatuimus ꝙ publica inſtrumenta ſeu littere
autentice contractuum debitorum pecunie numerate ex cauſa mutui: vel alia aut aliarum quarũcũ
qꝫ obligationum que per publicos ⁊ notos notarios bone opinionis ⁊ fame confecta ſignata ⁊ ſubſcri-
pta manibus proprijs ipſorum notariorum qui eas: ⁊ ea receperint erunt non canzellata non abolita nec
ex quacunqꝫ ſue forme parte viciata teſtiumqꝫ debito numero vallata altero ſigillorum conſiliorum no-
ſtrorum nobiſcum: ⁊ chamberiaci reſidentium etiam pacto non appoſito inter contrahentes ꝙ ſigillen-
tur aut alias cum prothocolo non collationata ſigillata in quocunqꝫ iudicio curiarum noſtrarum exhi-
bita ⁊ producta vim obtineant rei iudicate. Et vt tales littere antentice ſeu publica inſtrumenta modo
premiſſo confecte ſignate: ⁊ ſigillate confecta ſignata ⁊ ſigillata veluti res iudicata ad executionis effe-
ctum deducantur contra debitorem ſeu debitores ibidem nominatos ⁊ obligatos non contra alium quẽ
non conſtaret ex actis cauſe eſſe heredem ipſius obligati alia ſententia condemnatoria non precedente
precipimus niſi huiuſmodi debitor ſeu debitores in talibus litteris ſeo inſtrumentis nominati proponãt
opponant vel allegent inſtrumenti ſeu lr̃e falſitatẽ ſolutionem: quitationẽ: pactum de non petendo com
penſationem vel aliam perhemptoriam exceptionem. Et in huiuſmodi cauſis executis: ⁊ debiti ex tali-
bus litteris ſeu inſtrumentis ſic confectis: et ſigillatis vt prefertur procedi volumus ⁊ procedendum fo-
re declaramus iuxta ſtillum ſigillati in capitulo proxime precedenti declaratum. vt verſutijs: et cauilla
tionibus doloſorum litigantium. aduocatorum preuaricationibus ⁊ diffugiis obuietur. Et ipſe cauſe
breuientur.

Ordo ⁊ modus procedendi in cauſis cirographorum debitorum.

AD cauſarum ⁊ litium abreuiationem ſtatuimus ꝙ actor in cauſis debitorũ cirographorum in qui
bus de debito conſtabit per publicum inſtrumentum ſeu in quibus actor debitum petitum ⁊ ad quod
ſibi ſoluendum aget probare intendet. Et dicet ſeu proponet ſe probaturum per publicum inſtrumentuȝ
penes ipſum actorem tunc exiſtens in ipſius litis exordio huiuſmodi inſtrumẽtum iudicialiter exhibeat:
⁊ producat ſeu litteram autenticatam que inſtrumenti appellatione continetur per quod ſeu quam peti-
tionem ſuam actor probare intendet cuius copia per iudicem coram quo huiuſmodi cauſa tractabitur
reo concedatur ſi petat ſine tamen die ⁊ teſtibus ⁊ in actis ſimiliter deſignetur ſeu inſerat ſine die vt fal
ſitas euitetur: Et ſi quod per inſtrumentum vel per litteram autenticam probare poterit actor ad iuſtifi-
cationem cauſe ſue vel reus ad probationem exceptionis ſi quam oppoſuerit: deduxerit in actis ipſius
cauſe: ⁊



cauſe: ⁊ proceſſus per poſitiones: ⁊ articulos cauſa litis prothelande: ⁊ grauandi aduerſarium in expen
ſis: Et poſtea inſtrumentum vel litteram autenticam ad probationem deductorum in poſitionibus vel
articulis produxerint quem vel quos prius penes ſe haberet iubemus eum in expenſis in ipſa cauſa per
aduerſarium factis a die traditarum poſitionem vel articulorum uſqꝫ ad diem productis inſtrumenti vel
littere autentice condemnari ⁊ illas taxari. ac ipſi aduerſario realiter ſolui antequam ipſe qui ipſum in-
ſtrumentum vel litteram autenticam producere diſtulerit vlterius audiatur. Si autem aliquis iudici or
dinario competenti inſtrumentum publicum oſtenderit non canzellatum non abolitum nec ex quacũqꝫ
forme ſue parte viciatum. Sed ꝙ prima figura ſine omni vituperatione appareat teſtibuſqꝫ vallatum in
quo ſit ſcriptus creditor alicuius ſumme numerate pecunie quam dicat ſibi non ſolutam nec ibi appareat
ſcriptum illam ſummam pecunie ad terminos perſoluendam. vel ſi appareat ſint ipſi termini lapſi: ⁊ pe-
tat debitorem ad ſibi ſoluendum citari aut alias compelli. Jubemus hoc edicto illum debitorem citari
ad inſtantiam ipſius creditoris huiuſmodi inſtrumentum exhibentis: ⁊ in citatione ſcribi quantitatem
quam petet ex cauſa in illo inſtrumento deſcripta. Et ꝙ exhibuit inſtrumentum ad certaȝ diem congruã
non feritatam per debitum interuallum in ius uocari ſolutionem debiti facturum vel dicturum cauſam
quare ſoluere non debeat. Et alias propoſiturum exceptiones ſuas aduerſus ipſam petitionem quam
in hoc caſu ſufficere ſine exigendo aliam formalem petitionem decernimus etiam contra ipſum inſtru-
mentum ſeu litteram autenticam: alias auditurum ius: Et ſuper ipſa petitione ⁊ exhibito inſtrumento
ſeu littera autentica diffinitiuam ſententiam. Ita vt cauſa de ⁊ ſuper tali debito cirographo celerius fru
ſtatorijs exceptionibus alijs preterquam falſitatis inſtrumenti ſolutionis quitationis pacti de non peten
do compenſationis debiti alicuius perhemptorie exceptionis ac dillationis indebite ſummarie infra di
medium annum terminetur ſub pena per iudicem talis cauſe aliterqꝫ ſupra ſtatutum eſt procedendum: ⁊
cauſam plus debito prothelantem: ⁊ infra dictum tempus non terminantem comittenda quinquaginta
ſolidorum fortium fiſco noſtro applicanda.

Quod ſportule per iudicantes non exigantur niſi in certis caſibus.

SPortulas vel quicquid aliud occaſione audientie cauſarum vel expenſarum aut pretextu viſitatio
nis actorum ⁊ proceſſuum aut proconſulendum cauſam ſeu cauſas ad ſententias proferendas vel
partibus litigantibus petent: ⁊ requirent per aliũ ſeu alios iuriſperitos non ſuſpectos ſententias conſulta
ti ⁊ ad conſilium habendum pro ipſis ſententijs ferendis ſumptibus eorum tunc moderate taxandis mit
ti per alterum conſiliorum noſtrorum nobiſcum ⁊ chamberiaci reſidentium iudicumqꝫ noſtrorum ordi-
nariorum exigi vel recipi aut ipſos litigantes exinde damnificari prohibemus. Sed vt gratis: ⁊ cum om
ni puritate iudicum coram ipſis procedat. ⁊ litis ⁊ cauſas gratis audient ⁊ diffiniant ſine quauis exactio-
ne pecunie vel alterius rei prout tenentur. cum ipſi ſint omnes per nos decenter ſalariati expreſſe iube-
mus niſi expenſas moderatas quando contingeret eos iuſta vel neceſſaria cauſa ad litis deciſionem fa-
ciendam extra proficiſci ſub pena dupli eius quod contra noſtrum edictum exactum fuerit vel receptum
per quoſcunqꝫ iudicantes contrafacientes committenda ⁊ fiſco noſtro applicanda. Et nihilominus om-
nibus: ⁊ ſingulis iudicantibus in curijs noſtris ſupradictis interdicimus ſibi adiungere aſſeſſorem vel aſ
ſeſſorem in fraudem vt pro ipſis aſſeſſoribus quicquam petant vel exigant partibus. Si vero ſibi aſſume
re contingat ipſis aſſeſſoribus de ſuo proprio prouidere teneantur.

De foro competenti. ꝙ contrahentes poſſint conueniri in loco contractus etiam
ſi non promiſerint ibi ſolutionem facere dummodo alibi facere non promiſerint.

SUbditos noſtros mediatos ⁊ immediatos ex cõtractu vel quaſi contractu obligatos in loco in quo
contraxiſſe vel quaſi contraxiſſe probabunt etiam ſi ibi deprehenſi non fuerint conueniri poſſe co-
ram iudice ordinario loci illius in quo contraxerint ſolius contractus ratione vel quaſi hoc edicto decer
nimus eſto ꝙ non cõſtituerint ſe ibi ſoluturos. vel ibi ſolutionem facere non promiſerint dũmodo ſolutio
nem in aliquo loco facere non conuenerint.

Quod laycus nõ conueniat alium laycũ extra curias domini pro cauſa ad fo
rum eccleſiaſticum non pertinente ſaluis tranſactionibus ſi que facte ſint vel
fiant in futurum.

IUriſditionem ⁊ iura noſtra tueri volentes. vt alienis nullum preiudicium afferatur ſtatuimus hoc
edicto ꝑpetuo ꝓut alias ex antiquo per predeceſſores nr̃os inclitos extitit ſtatutum ꝙ nullus layc⁹
trahat ſeu trahi faciat vel cõueniat alium laycum extra curias noſtras vel ſubditorum noſtroꝝ iuriſditio
nem habentium pro cauſa ad eccleſiaſticuȝ forũ non pertinente ſub pena pro qualibet vice centũ ſolidoꝝ
fortium: ⁊ tantũdeȝ ſoluat ſic citatus vel conuentus extra aliquam ex curijs noſtris vel ſubditoꝝ noſtroꝝ

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМ. І.І. МЕЧНИКОВА

ſi non reuelauerit alteri conſiliorum noſtrorum nobiſcum ⁊ chamberiaci reſidentium aut iudici ſuo ordinario infra decem dies poſt citationem aut conuentionem contra ipſum ⁊ contra formam huius ſtatuti factam ſeu emanatam. Per hoc edictuʒ noſtrum non intendentes nec volentes in aliquo derogare trāſactionibus ſeu compoſitionibus ſi que hactenus ſint contracte aut contrahantur in futurum inter nos ⁊ aliquos forte prelatos ſeu alios eccleſiaſticos viros iuriſditionem eccleſiaſticam habentes, de ⁊ ſuper cauſis ⁊ caſibus ad forum eccleſiaſticum: ⁊ noſtrum pertinentibus. Sed huiuſmodi ſtatuto non obſtante ipſas tranſactiones: ⁊ compoſitiones ſi que facte ſint vel fiant imposterum cum ſuis ſingulis capitulis pūctis ⁊ clauſulis per cunctos vt prefertur officiarios noſtros preſentes ⁊ futuros, iuxta earum ſeriem atqꝫ formam firmiter obſeruari volumus ⁊ iubemus.

¶ De dillationibus. Citatis debet dari terminus competens per iudicem ad comparendum qui ſi obmiſſus fuerit inſeri in citatorio terminus erit decem dierum.

Dillationem competentem habere opportet cum qui in ius vocabitur ad comparendum in curia ad quem citatus fuerit. Qua propter hoc edicto ſtatuimus in mandatis citatorijs congruum terminum citandis ſeu citādo dandū ad cōparandū in iudicio per ſe vel per procuratorem inſtructum: vbi procurator pro citato admitti debuerit poni: ⁊ inſeri ſecundum locorum diſtantiam ⁊ qualitates perſonaruʒ arbitrio iudicis moderanduʒ: Et ſi forſan in mandato citatorio aliquo huiuſmodi terminus deſcribi fuerit obmiſſus: terminum dierum decem conceſſum intelligendum eſſe decernimus

¶ Citatus ſine pena pro prima contumacia nulla pena puniatur. Pro alijs vero ſequentibus in mandatis citatorijs inſertis plectatur.

Quoniam magiſtratibus conceſſum eſt a iura penali iudicio iuriſditionem ſuam defendere ſtatuimus. ꝙ ſi quis in ius vocatus die ad quem ſimpliciter: Primo ſine quacunque pena citatus fuerit non comparuerit pro prima contumacia nihil pena nomine fiſco noſtro perſoluat; pro ſequentibus autē contumacijs penas ſeu penam in citatorijs mandatis inſertis: ⁊ quas ibidem inſeri iubemus arbitrio iudicantis dumtaxat incurrat.

¶ Poſt oblationem petitionis detur reo dilatio competens ad deliberandum. Et ſi faciat exceptionem dilatoriam cauilloſam ad impediendum litis ingreſſum ipſa exceptio repellatur.

Partibus legitime comparentibus in iudicio poſt datam in ſcriptis verbo petitionem ⁊ in actis cauſe inſertam. aut poſt productum loco petitionis publicum inſtrumentum ſeu litteram autenticam dari reo precipimus prout iure communi diſponitur dillationem debitam ad deliberandum ſeu reſpondendum veritatem ſuper qua ipſum reum interrogari iubemus per iudicem infra. xx. dies tunc proximos a die tunc date petitionis excluſiue numerandos arbitrio iudicis perſonarum ⁊ cauſarum qualitate locorumqꝫ diſtantia penſatis vnam videlicet dumtaxat: ⁊ non plures. Et ſi in termino aſſignato reus intentionem ſeu petitionem actoris confeſſus fuerit tunc iubemus per iudicem eius arbitrio dari ipſi reo confitenti terminum ſeu dillationem competentem ad ſoluendum. Si vero nec confitetur nec neget ſed aliquam dillatoriam exceptionem: aut aliam cauillationem opponat ad impediendum litis ingreſſum ⁊ indaginem veritatis ac meritorum ſeu iuſtitie cauſe dummodo petitio ſit talis ꝙ ex ea clare appareat qd ⁊ ex qua cauſa petatur tali que probata petitionem ipſius actoris oſtendere eſſe iuſtam talem exceptionē per iudicem ſi ⁊ prout ſibi iuſte videbitur decernimus fore repellendam. Et illa non abſtante ad merita ipſius cauſe ſummarie procedi volumus ⁊ mandamus.

¶ Negata per reum petitione actoris detur per iudicem terminus congruus actori ad ponendum articulandum vel alias probandum.

Negata per reum petitione actoris terminum: ⁊ dillationem competentem dari iubemus ipſi actori decem aut plurium vel paucorum dierum per iudicem conſideraturum in hoc qualitates perſonarum cauſarum: Et diſtantia locorum ad dandum poſitiones vel articulos aut ad producendum litteras vel inſtrumenta pro intentione ſua probanda vel aliter probandum ſuam petitionem ſi poſitiones vel articulos dare non curauerit ſeu etiam neceſſe non fuerit. ſed breuius poſſe veritatem ⁊ probationem haberi per inſtrumentū vel per teſtes. aut partis cōfeſſionem delationem iuramenti: aut alias ſecundum perſonarum: ⁊ cauſarum qualitates ſuper quibus probitates iudicum ad quod ſpectat lites abreuiare: ⁊ diffugia repellere penitus oneramus.

¶ Quādo dabitur per iudicem partibus terminus ad audiendum ius ſtatuitur alius terminus precedens ad tradendū ipſi iudici ꝓceſſus: ⁊ acta cauſarū vna cū allegationibus.

Hoc



Hoc edicto ſtatuimus ꝙ lapſis dillationibus ad ꝓbandum datis partibus litigātibus: ⁊ ipſis partibus auditis cum terminus dabitur per iudicem ad proferendam ſententiam interlocutoriam vel diffinitiuam ſtatuat ipſe iudex ipſis partibus terminum congruum ad ſibi exhibendum: ⁊ tradendum ꝓceſſum: ⁊ acta cauſe cum iuris allegationibus ſi quas tradere voluerint pro viſitando: ⁊ aduiſitando ſententiam ferendam ſuper illis infra quem quidam terminum ad tradendum proceſſum ⁊ acta qui procedant terminum ad ius dicendum aſſignatum. Ipſe partes huiuſmodi proceſſus iudici tradere teneantur. Sub pena duorum ſolidorum fortium pro qualibet libra fortium quantitatis ſeu extimationem eius quod fuerit in petitione deductum, ⁊ de quo principalis cauſa pandebit per non tradentem commitenda: ⁊ fiſco noſtro applicanda. Niſi ipſe partes tunc eſſent de ⁊ ſuper illo negocio ſubmiſſe in compromiſſo in aliquem vel aliquos arbitros ſeu arbitratores, aut ſuper ipſo negocio iam compoſitionem ſeu tranſactionem feciſſent.

¶ In cauſis pecuniarius non aſſignetur terminus vel termini ad interloquendum vltra. xxv. dies ad diffiniendum vero vltra vnum menſem a die traditionis proceſſuum.

Ad interlocutoriam ſententiam proferendam ſeu aliam ordinationem preterqꝫ ſententiam diffinitiuam faciendam ſuper aliquo articulo ſeu aliquibus in cauſis pecuniarijs propoſitis ⁊ oppoſitis vltra vnam dillationem vel ſaltem duas que in vniuerſo terminum. xx. dierum non excedant dari non ſinimus: ſed expreſſe prohibemus. Ad proferendum vero diffinitiuam ſententiam dillationes dari que omnibus incluſis vltra menſem vnum non extendantur permittimus.

¶ De teſtium examinatione in cauſis ciuilibus.

¶ Quibus debeant committi examinationes teſtiū per iudices in cauſis ciuilibus ⁊ criminalibꝰ.

Perpetuo ſtatuimus hoc edicto ꝙ in omnibus curijs noſtris tam conſiliorum qꝫ iudicum noſtroruʒ ordinariorū ⁊ delegatorum iuſdicentes ibidem examinationibus in cauſis tam ciuilibus qꝫ criminalibus in ipſis curijs noſtris vertentibus productis ex iuſtis impedimentis vacare nequeuntes vel nolentes huiuſmodi teſtium examinationes delegent ⁊ committant in ciuilibus ſecretarijs noſtris in curia conſilij noſtri nobiſcum reſidentis ſcribis ſeu notarijs ipſarū curiarū ciuilium in alijs vero curijs ſcribis ſeu notarijs curiarum bayliuorum ⁊ caſtellanorum noſtrorum. Et in arduis ſi ⁊ quando erit opus aduocato vel procuratori noſtris generalibus fiſcalibus aut procuratoribus noſtris fiſcalibus ſpecialibus indicaturum ſeu curie noſtre nobiſcum reſidentis conſilij in cauſis tantum in quibus pro nobis partem nō fecerint ipſi aduocatus ⁊ procuratores vel eorum alter: aut alijs idoneis viris examinandum teſtes bene ſtillatis ⁊ expertis in premiſſis locis examinandorum teſtium ſi ibi ſint notarij idonei aſſumendis vbi notarij ⁊ ſcribe curiarum caſtellanorum non viderentur idonei vel ibi ſuſpecti per partes vel alteram ipſarum allegarentur ipſorum iudicantium in dictis curijs arbitrio etiam ordine predicto non ſeruato deputandis ⁊ eligendis. In criminalibus vero cauſis ſeu proceſſibus examinationibus teſtium productorum in dictis curijs tam ſuper articulis fortificatorijs inquiſitionum quam ſuper articulis defenſionum per dictos iudicantes committi volumus ⁊ iubemus ſcribis notarijs curiarum predictorum bailiuorum et caſtellanorum aut alijs commiſſariis, videlicet illis ex ipſis qui proceſſus criminales ſeu inquiſitionales fecerint ſeu receperint: ſuper quibus huiuſmodi defenſiones fient, vt melius veritas per eos qui de negocijs ipſis pleniorem noticia habent poſſint haberi niſi ſuſpecti dicerentur, quo caſu ſuſpitionis vere vel preſumpte alius deputetur.

¶ Quibus debeant committi examinationes teſtium per iudices in cauſis ciuilibus ⁊ criminalibus.

Quam veritatis ignorantes nonnulli commiſſarij ad examinandum teſtes deputati tam in cauſis ciuilibus quaʒ criminalibus ſeu inquiſitorū defenſionibus ſueqꝫ ſalutis immemores dicta ſeu depoſitiones teſtium pro illa partium tantum pro qua ſeu per quam ipſi teſtes fuerint producti deſcribunt. Et ſi que deponent dicti teſtes pro alia parte contra quam fuerint producti illa ſcribere obmittant officio ſibi commiſſo turpiter abutentes. Et cum ſint loco iudicum debeant eſſe equales non declinando ad vnā partium litigatium pluſquam ad alteram ſe nihilominus reddunt pro illa parte pro qua teſtes producti ſunt expreſſe partiales huiuſmodi errorem ⁊ ab vſum extirpantes ſtatuimus hoc edicto ſaluberrimo qđ omnes ⁊ ſinguli ſecretarij ſcribe et notarij et alij quicunqꝫ ad examinandum teſtes in quibuſcunque cauſis ciuilibus Et criminalibus in iudicijs curiarum noſtrarum predictarum aut alterius earum ſeu Coram arbitris: Vel arbitratoribus pendentibus deputati Et aſſumpti ac etiam teſtium examinatores ad perpetuam rei memoriam vel alias quomodolibet in huiuſmodi examinationibus ſcribant

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

⁊ in ſcriptis redigant. aut ꝑ eoꝝ ſcriptores ſeu coadiutores ſcribi ⁊ redigi faciant ipſoꝝ teſtiū quos examinabūt depoſitiones ⁊ atteſtatiōes ad plenū ſummarie ſimpliciter ⁊ pure ꝓut teſtificabunt omni veritate vtendo pro qualibet ipſaꝝ partiū. etiam qcqd teſtificabunt contra ptem pro qua fuerint ꝓ ducti ⁊ pro parte aduerſa vel aliter quā in articulis vel ī facto vel in ſcriptis tradito ⁊ ꝓpoſito ſuper qbus ipſa examinatio erit faciēda contineat ad ſolā facti veritatem pro vtraqꝫ parte in huiuſmodi examinatiōibus attendēdo omni partialitate ⁊ ſiniſtra affectiōe ſublata. Sub pena centū ſolidoꝝ fortiū ꝑ quēlibet cōmiſſariū ſeu examinatorem q contra hoc edictum noſtrū feciſſe conuictus fuerit totiens quotiens contrafecerit committenda: ⁊ fiſco applicāda vltra penam falſi quam euadere non debebit.

¶ Pars probare volens ꝑ teſtes negata ⁊ petens dilationē ad ꝓcedendū ipſos debet nominare teſtes cōmiſſario ſi pars aduerſa petierit ⁊ iudex numerū teſtiū refrenare.

Quotiens alter litigantium ad probandum ea que in cauſa propoſuit in facto ꝯſiſtētia ꝑ partem aduerſam negata dilationem ad producendum teſtes petierit ipſos teſtes nominare cōmiſſario ad examinationem ipſorum ſuſcipiendam deputato ⁊ ſi pars aduerſa petierit debebit. Et iudex ad petitionē dicte partis aduerſe numerum teſtium refrenare ⁊ declarare tenebitur vltra quem quidem numerum teſtes recipi ⁊ examinari prohibimus hoc edicto.

¶ De fide inſtrumentoꝝ: littere vel inſtrā nō conficiant per notarios ſub nomine alicuius iudicis loquentis in ipſis: niſi recepte fuerint in ſua preſentia.

Si quando in iudicio ſeu coram aliquo ex iudicibus patrie noſtre rogant notarij ſeu ſcribe aut iurati curie ipſius iudicis ꝑ partes ibidem aſtantes de ⁊ ſuper contractibus eaꝝ nominatis ⁊ īnominatis teſtamentiſqꝫ codicillis ⁊ donatiōibus cōpromiſſis arbitramentis: ⁊ alijs negocijs quibuſcūqꝫ recipere ⁊ conficere inſtrā ſeu lrās autenticas ſub nomine iudicis curie qua dicti notarij ſeu iurati requirent ī huiuſmodi inſtrumentis ſeu lrīs loquētis ⁊ atteſtantis cōtractus ſeu negocia huiuſmodi fuiſſe recepta ⁊ fieri rogata ꝑ notariū ſeu iuratū ſuū inde rogatū ī eiuſdem iudicis pſentia ⁊ iudicialiter expedita tales lrās ſeu inſtrā modo premiſſo coram iudice ibidē loquente receptas: ⁊ recepta ꝑ notarios ſeu iuratos inde rogatos ſub ipſoꝝ notariorū ſignetis ⁊ ſubſcriptiōibus manibus eoꝝ ꝓprijs factis necnō ſub ſigillo iudicis loquētis fieri ⁊ expediri licere decernimus hoc edicto. Abuſum vero cōtrarium ꝑ nō nullos ignaros ſtilū vocatum quo dicti ſcribe notarij ſeu iurati curiarū dictoꝝ iudicū lrās ⁊ inſtrā cōtractuū ſeu negociorū pdictorū aut alioꝝ quorūcunqꝫ recipe ⁊ cōficere ſolent ſub noīe alicuius iudicis pdictoruꝫ extra curias ⁊ in abſentia ipſoꝝ iudicum ⁊ eis ignorātibus inſerendo in exordio ipſaruꝫ lrārum ſeu inſtrumentoꝝ poſt nomen iudicis ipſius loquentis in illis nomē dicti notarij ſeu iurati: aſſerēdoqꝫ iudicem eidem notario ad conficiēdum huiuſmodi lrās ⁊ inſtrumenta cōmiſiſſe vices ſuas ſeu feciſſe ſpeciale mandatū: quod tamen cū ⁊ cā per quoſcūqꝫ ſcribas iuratos curiarū quorūcunqꝫ iudicum: ac etiam ꝑ notarios publicos patrie noſtre preſentes ⁊ futuros de cetero fieri ⁊ exerceri prohibemus pterqꝫ in patria nrā breſie dombarꝫ vallis bone ⁊ reuerſi mōtis iudicature noſtre breſie: ⁊ alijs locis nrīs dictiōis ⁊ dnīj vbi ſeu in quibꝰ fuit hactenus ita litteras ſub nomine ⁊ ſigillatu iudicum fieri conſuetum: in qbus ſtillum predictum non vetamus. Sub pena priuationis offici notariatus ⁊ ſcribanie per vnum annum necnon decem librarum fortium per quemlibet ſcribam iuratum ſeu notarium contra hoc edictum noſtrum facientem committenda: ⁊ fiſco noſtro applicanda.

¶ Nullus ſcriba iuratus vel notarius cogat vel moleſtetur per quēcunqꝫ iudicem ad cōficiēdum inſtrā vel litteras ſub ſigillo ipſius iudicis: niſi hoc fieri per partes requiratur.

Cum publica inſtrumenta ꝑ notarium publicum ⁊ notum fieri rogata debito teſtiū numero vallata ⁊ in forma publica redacta: ⁊ ſignata ſigillo autētico ad robur eorundem vbi ꝑ partes rogantes nō eēt actum ꝙ deberent ſigillari hoc edicto ꝓhibemus ꝑ quoſcunqꝫ iudices vel alios officiarios noſtrorū dictiōis ⁊ dnī cogi moleſtari vel inqetari notarios publicos inſtrumēta ꝗ fuerint rogati cōficere in formā publicam redacta tradere ⁊ expedire partibus ſeu perſonis quarum intererit ſeu ꝓ quibus faciant ſine ſigillo ipſoꝝ iudicum ac officiariorum appoſitione: aut emolumentorum ipſorum ſigillorum exactione: ⁊ quēcunqꝫ ad ſigillādum talia inſtrumēta cōpelli vetamus. Sub pena decē librarum fortium ꝑ quēlibet iudicē ſeu officiariū cōtrafacientem cōmittēda: ⁊ fiſco noſtro applicanda.

¶ Qualiter iudex ꝓcedere debeat quādo quis opponit cōtra inſtrumentū allegans ipſum inſtrumentum eſſe priuatam ſcripturam vel illum qui ſcripſit non eſſe notarium.

Quando



Quando in iudicio inſtrumētum ꝓducet: ⁊ pars contra quam ꝓductum fuerit opponendo contra illud ꝓpoſuerit ſeu allegauerit illud eſſe ſcripturā priuatam: aut alias negauerit eſſe publicum inſtrumentū: ⁊ illum q ſcripſit nō eſſe vel fuiſſe notarium publicum: hoc edicto iubemus iudicem ordinare ⁊ iubere eum qui predictas exceptiōes ſeu negationes: aut eoꝝ alterū opponet ſeu allegabit iuramentum de malicia pſtare ⁊ iurare ꝙ malicioſe nō ꝓponit negat vel opponit. Et ſi tunc iurare recuſauerit huiuſmodi inſtrumētū ꝓ publico habeat ⁊ fore publicū inſtrm ꝓnūciet: ſi tamen eidem iudici ⁊ diligēti inſpectione ipſius inſtrī equum ⁊ iuſtum videat. Si vero iurauerit ꝙ malicioſe hoc nō ꝓponit ſeu negat: ſed quia putet in veritate ſic: tunc illico ſine dilatione ibidem recipiat per ipm iudicem ſummaria informatio cum exiſtentibus in curia ipſius iudicis ſi fieri commode poſſit ⁊ adſint perſone fide digne per quas probari valeant per exhibitionem talis inſtrumenti ⁊ inſpectionē ſcripture ſigni ⁊ ſubſcriptionis illius: an ſignū ⁊ ſubſcriptio ſint dicti talis notarij q ibi erit ſcriptus rogatus ipſum inſtrm recepiſſe ⁊ ſignaſſe: ⁊ an ipſa ſubſcriptio ſit de littera ſeu ſcriptura eiuſdem notarij: ⁊ an ille ſit notarius publicus: ⁊ ꝓ nota. pu. habitus cōmuniter ⁊ reputatus. Si autem huiuſmodi informatio ſummaria ibidem commode fieri non poſſit aſſignet tunc iudex partibus terminū breuem ad illam recipiendam: qua recepta ſi per eam ſummarie eidē iudici conſtiterit: ipſum ſignū ⁊ ſubſcriptionē eſſe vel fuiſſe notarij qui ibi legit ipm inſtrm ſignaſſe ⁊ ſubſcripſiſſe ⁊ ipm qui ſignauerit fuiſſe publicum notariū: aut alias ꝓ notario publico: palam ⁊ publice ſe geſſiſſe ꝓnūciet idem iudex eſſe publicum inſtrm prout ex matura deliberatione dicte informationis ⁊ comparitione veritatis ſi videbitur faciēdum. Alias ſi per ipſam informationem ſummariam eideꝫ iudici ita non conſtiterit procedat ad inquiſitionem veritatis via iuris prout idem iudex ſecundum cauſe: ⁊ caſus exigentiam duxerit arbitrandum.

¶ De accuſationibus inquiſitionis ac penis. Qualiter ⁊ qn̄ ſit ad inquiſitionem procedendum.

Iuxta conſtitutiones diuinas ⁊ humanas: hoc edicto ſtatuimus per quēcunqꝫ iudicē bailiuum: caſtellanū: ſcribam: ſeu cōmiſſariū nrm ad inqrendum ſpecialiter contra aliquem vel aliquos ſeu ꝓceſſum inqſitionalem faciendū de ⁊ ſuper crimine ſeu delicto ꝙ non conſtabit ſaltem per vnuꝫ teſtem bone opinionis ⁊ fame ꝓbatiqꝫ teſtimonij vere cōmiſſum de ſuper homicidio vbi non conſtabit hoīem fuiſſe occiſum: de furto vbi non conſtabit rem eſſe furto ſubtractam de crimine falſi vbi non conſtabit falſitateꝫ eſſe cōmiſſam. ⁊ ſic de alijs criminibus. Ubi vero cōſtabit delictū eſſe commiſſum tūc ad inqrendū ⁊ proceſſum inqſitionalem formandū ⁊ faciendū procedendū eſſe decernimus contra culpabiles ſeu culpabilem contra quem ſeu quos fiet clama querimonia denūciatio vel accuſatio ad clamam denunciationem vel accuſationem alicuius vel aliquoꝝ ſine doloſa inſtigatione: vel q de crimine fuerint publice diffamati vel diffamatus: ⁊ contra quem ſeu quos erit fama publica nō qdem ab emulis maliuolis ſeu ſuſpectis: ſed cōmuniter inter circūuicinos ⁊ notos bonos ⁊ graues vel qui reperti fuerint ſuſpecti vel ſuſpectus de ipſo crimine ex ſecreta ⁊ ſummaria informatiōe prius inde repta. Ubi aūt nō cōſtabit de delicto nec aderit clamās. denūciator vel accuſator nec fama publica īter bonos ⁊ graues nō laborabit nec ſuſpitio orta fuerit per ſecretam informationē precedētem doloſis ⁊ emuloſis inſtigationibus repulſis cōtra quēcūqꝫ procedi ad inquirendū ſeu ꝓceſſum inqſitionalē faciendum ſicut iam ꝑ ſtatuta noſtra pcedentia vetitū eſt. Iterum vetamus ſub pena. xxv. librarum cōtra facientem cōmittenda: ⁊ fiſco noſtro applicanda.

¶ Scribis curiarum bayliuorum ⁊ caſtellanorum: necnon alijs inqſitoribus prohibentur ſuperflua in proceſſibus ſcribendi quodqꝫ non faciant proceſſus contra debitores penarum criminalium non comparentium in iudicio terminis non aſſignatis.

Omnem ambitionem officiarioꝝ ⁊ omne grauamen ſubditorū euitare volentes hoc edicto ſtatuimus omnibus ⁊ ſingulis ſcribis. ſeu notarijs curiarū bayliuorum caſtellanorum noſtroꝝ ac alijs quibuſcunqꝫ exceſſuum inquiſitoribus ꝑ nos aut alterā curiarū noſtrarum deputatis quatenus ꝓceſſus inqſitionales ad eorū officia ptinentes aut ſibi commiſſos cum omni bona diligentia ꝓbitate ⁊ veritate breuiqꝫ temporis tractu iuxta noſtra pcedētia ſtatuta faciāt non inſerendo ſeu ſcribendo ibidē articulos īpertinētes ac alia ſuperflua ſeu vana ad merita ꝓceſſuū non facientia: quos ⁊ que nonnulli propter ignorantiam: alij ex affectata malicia: vt longiori ſcriptura ⁊ copijs vel canzellaturis ipſoꝝ ꝓceſſuum maiores pecunias extorqueant: facere ſolent. Predictis bailiuis caſtellanis ac eorū ſcribis hoc eodem edicto inhibentes: ne ꝯtra quēqꝫ occaſione penarū ꝑ eū commiſſarum pretextu contumacie ſeu non comparentie in iudicio ad terminū ſeu terminos ad quem vel ad quos citatus vel aſſignatus: ⁊ de qbus conſtat per acta cauſarum in libris curiarum bailiuorum ⁊ caſtellanorum predictorum deſcripta vna cum executionibus

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

ipſarum citationum ſeu aſſignationū proceſſus inquiſitionales facere vel fieri mādare preſumāt: niſi mādato ſpeciali precedente. Sub pena .xxv. ſolidorum fortium per quemlibet contra premiſſa facientem totiens quotiens fecerit committenda ⁊ fiſco noſtro applicanda.

¶ Heredes defunctorum quibus dum viuerent fuerunt pene alique impoſite non tamen declarate non debent inde impeti vel moleſtari.

Statuimus hoc edicto ꝙ occaſione ſeu pretextu aliquarū penarū contra aliquos ſubditos noſtros impoſitarū ⁊ per eos forſan cōmiſſarum de ⁊ ſuper quibus ipſi ſubditi noſtri dum viuerent fuerunt impetiti vel inquietati: nec ipſe pene fuerunt declarate poſt obitum eorum heredes ⁊ ſucceſſores eorundem per quēcūꝫ ex officiarijs noſtris nullatenus impetātur ſeu moleſtētur. Sub pena .xxv. ſolidorum fortium per quēlibet contrafacientem cōmittenda: ⁊ fiſco noſtro applicanda.

¶ De reſtitutione ſpoliatorum.

PReſenti ſtatuimus edicto ꝙ vbicunꝫ aliquis fuerit ſua poſſeſſione vel quaſi poſſeſſione per quēcunꝫ alium de facto vi vel clam ſpoliatus in patria noſtra: ⁊ in loco ſpoliationis ipſa ſpoliatio erit notoria: vel alias altero conſiliorū noſtrorū aut iudicum locorꝝ: vbi ipſa ſpoliatio facta eſſe dicet per ſummariā informationē parte vocata ad videndum iurare teſtes dūtaxat: aut alias legitime apparebit ipſa ſpoliatio fore notoria: ita ꝙ nō poſſit aliqua tergiuerſatiōe celari: tūc ipſe ſpoliatus in ſuā priſtinā poſſeſſionē ſeu quaſi poſſeſſionē ſine quocūꝫ alio ꝓceſſu vel litigio ſineꝫ mora vel dilatiōe ex officio curie ad quā ꝑtinebit rōne locorum ſeu loci: ſpoliationis debebit reſtitui: ⁊ ipſum ſpoliatum reſtitui iubemus.

¶ De ſententijs iuſte proferendis: ⁊ modo eas proferendi.

SEntentias in curijs noſtris conſiliorū noſtrorꝝ nobiſcum ⁊ chamberiaci reſidentiū iudicumꝫ nr̄orū ordinariorum ⁊ delegatorum quorūcunꝫ cum magna ⁊ matura cauſarū ⁊ litium: necnō actorū ⁊ ꝓceſſuum viſitatione iurium ⁊ ſtatutorꝝ noſtrorum reuolutione per canzellarium noſtrum ꝓut debite poterit necnon preſidentem conſilij noſtri chamberiaci ⁊ eorꝝ collaterales iudiceſꝫ noſtros ordinarios delegatos: ⁊ quoſcūꝫ alios ad quos cauſarꝝ cognitio pertinere debet ⁊ poteſt prius factis: omni timore odio prece vel precio: ⁊ quocūꝫ alio ſiniſtro motu poſt poſitis ⁊ omnino reiectis ad illum ſolū qui eſt ⁊ erit iuſtus iudex viuorꝝ ⁊ mortuorū premiatorꝫ bonorꝝ ⁊ malorum intuitum erigentes cum omni equitate iuſticia veritate nec declinando ad dexterā vel ſiniſtram: ſed quo libramine cuncta ponderātes ꝓferri volumus ⁊ iubemus. Si quis autem iudicum noſtrorꝝ predictorꝝ in qbuſcunꝫ curijs noſtris predictis cōſtitutorum aut eorꝝ aliqui ſimul vel ſeparatim iniquā ſeu iniuſtam ſniam ſcienter ⁊ doloſe: aut ex affectata ignorātia craſſa ⁊ ſupina proferre preſumpſerit: aut preſumpſerint vltra indignationem diuinam etiam noſtrā vna cum officij ſui priuatione ac infamie nota ſe nouerit ſeu nouerint incurriſſe eo ipſo quod qdam crimen tanquā publicum cunctis pateat facultas accuſandi ſeu denunciandi. Cum autem ſententie fuerint in ſcriptis proferende vt illas dicti canzellarius ⁊ preſidens eorūꝫ collaterales ⁊ iudices ꝑ ſecretarios noſtros ⁊ ſcribas ipſarū curiarū ⁊ cauſarꝝ ſup qbus ipſe ſnie ꝓferent legi recitari ⁊ ꝓferri facere vacēt hoc edicto decernim⁹ ſtatuētes huiuſmodi ſnias dictorꝝ ſecretariorꝝ noſtrorꝝ ac ſcribarꝝ oraculis ſic ꝓlatas ꝑinde valere ac ſi ꝓprio ore cāzellarij ꝑſidētis ac alteri⁹ collateraliū ſeu iudicū ꝑdictorꝝ forēt ꝓlate.

¶ Tolluntur curie appellationum ſpeciales aliquarū prouinciarum patrie domini ⁊ generalis chamberiaci. Et deuoluuntur regulariter appellationes a iudicibus ordinarijs ad conſilium chamberiaci exceptis quibuſdam.

¶ De appellationibus ſupplicationibus ⁊ temporibus earum.

MUltitudinem graduum tribunalium iudicialium ſeu curiarū patria noſtre ſubditorum vtilitate pēſata refrenantes ſtatuimus hoc edicto ꝙ deinceps ſublatis tribunalibus ſeu curijs iudicū appellationum in certis ꝓuincijs ſeu baronijs noſtris necnō iudicis generalis appellationū totius patrie in chāberiaco hactenus exiſtentium a iudicibus noſtris ordinarijs ⁊ eorꝝ ſententijs per pretendētes ſe inde grauatos ad cōſilium noſtrum chāberiaci reſidens: cui hoc edicto huiuſmodi cauſarū appellationū audientiā ⁊ diffinitionē vltra alias cauſas eidem incōbentes generaliter cōmittimus cū cōtingit appellare ſeu recurrere



currere ſit imediate apellādum ⁊ recurrendum. Omnes alias ſedes ſeu curias dictarū appellationū hactenus obſeruatas edicti preſentis ꝓmulgatione ceſſantes ⁊ auferentes: exceptis curijs iudicū appellationū patriarꝝ noſtrarū Italie Pedemōtiū ⁊ ꝓuincie ad quas primas appellatiōes a iudicib⁹ ordinariis locorum ipſarū patriarum emiſſas ⁊ non ad dictum cōſilium noſtrum chāberiaci reſidens ꝓpter locorū diſtantiā deferri volumus ⁊ iubemus. Et ab ipſis iudicibus appellationum patriarꝝ noſtrarꝝ Italie Pedemontium ⁊ ꝓuincie ad cōſilium noſtrū nobiſcum reſidens ⁊ nō ad cōſilium noſtrum predictum chamberiaci reſidens fore appellādum ⁊ recurrendū imediate decernimus. Exceptis etiā curijs iudicum appellationū: baronum banneretorꝝ ⁊ aliorꝝ tā eccleſiaſticorꝝ ꝙ͂ laicorum iuriſdictionem omnimodā ⁊ iudices appellationum habētium quorum iuriſdictionibus ⁊ iuribus in aliquo derogare per hoc edictum noſtrum nō intendimus nec volumus. Exceptis inſuper reſortibus ⁊ ſuperioritatibus terrarū borboni citra flumen ſangone archiepiſcopi ⁊ eccleſie cathedralis lugdunēſis ⁊ eius capituli epiſcopi ⁊ eccleſie matiſconenſis abbatis ⁊ conuentus monaſterij inſule barbare prioris ⁊ conuentus moñ. prioratus ſancti petri matiſconenſis terrarumꝫ dominorum de cabillone de vienna de ſancto amore matheſi ⁊ collogniati noui ⁊ veteris ⁊ omnium aliarum terrarum a quibus ⁊ eorum iudicibus recurri debet: vel ſolet ad iudicem noſtrum ordinarium breſſie: contra quem quidem recurſum ⁊ reſortum per hoc noſtrum edictum nihil intendimus immutare.

¶ Sufficit appellanti apud acta ⁊ iudice ſedente dicere appello a ſententia diffinitiua: ab interlocutoria vero appellandum eſt in ſcriptis.

CUm quis apud acta cauſe ⁊ iudice adhuc ſedente ꝓ tribunali appellat a ſnia diffinitiua vel interlocutoria ad torturā que vim habet ⁊ effectum diffinitiue iuris ſcripti veſtigia ſequentes. Hoc edicto decernimus ei qui appellat ſufficere appello. Quod in actis inſeri iubemus: ⁊ appellatiōe huiuſmodi ſic apud acta cauſe vel aliter rite ⁊ infra tempora debita interpoſita iudicē a quo apoſtolos ⁊ litteras dimiſſorias admiſſe vel non admiſſe appellationis appellanti etiā non petenti ſine dilatione dare ſicut iure cōmuni diſponit precipimus. Cum autem ab interlocutoria a qua prout ius ciuile diſponit: ⁊ hoc idem diſponimus vel eius grauamine aliquis appellare voluerit in ſcriptis appellat: ⁊ cauſam ſeu cauſas ipſius grauaminis in appellatione huiuſmodi inſerat hoc edicto ſtatuimus.

¶ Inſtantia cauſarum appellationum eſt ſex menſium.

DIllationum materiā amputare volentes ad appellationis cauſam exercendā extra curiam ſeu auditorum conſilij noſtri nobiſcum reſidentis ꝓſequendā ⁊ diffiniēdam: tempora ſex menſium poſt appellationem interpoſitā numerandorum eſſe decernimus ⁊ iubemus hoc edicto. Intra quez quidem terminum appellās litem viriliter exequat. Si vero iuſta ⁊ ꝓbabilis cauſa impedimenti interuenerit alios ſex menſes eidem appellanti indulgemus. Quibus terminis tranſactis ſi cauſa appellantis huiuſmodi non fuerit diffinita rata maneat prima ſententia: ſaluo ipſi appellanti in integrum reſtitutionis auxilio cū locus foret reſtitutionis in integrum.

¶ Temere appellantes puniuntur ſecundum ius ⁊ appellantes ab ordinationibus iudicialibus penam .xl. ſolidorum incurrant.

AD obuiādum malicijs quorūdam q ad vexādū ꝑtem ſibi aduerſam laboribus ⁊ expenſis ⁊ ad impediēdum ſeu ꝓrogādum executionē ſententie ⁊ alias temere ad litē in longius tempus extendēdū potius ꝙ͂ ad iuſticiā appellāt: Statuimus hoc edicto taliter appellātes: de temeraria appellatione cōuictos iuxta iuris cōis ſanctionem pena temere appellantiū coherceri ⁊ puniri. Appellātes aūt a nō data dillatione ſupflua fruſtratoria nō neceſſaria a repulſione poſitionū ⁊ articulorꝝ impertinentiū ⁊ non admittēdorꝝ vel amiſſione eorꝝ ⁊ earum: necnon ab illis interlocutorijs ⁊ ordinationibus iudicialib⁹ in proceſſu cauſe ante ſniam factis ⁊ dictis non multum preiudicialibus ⁊ ius habēti in diffinitiuam tribuendum nō diminuentibus ſeu tollentibus quorꝝ appellationem ſatis manifeſte apparebit eſſe temerariā: ⁊ ad diffugiendū ⁊ fruſtrandū iudiciū magis ꝙ͂ ad merita ⁊ iuſticiam cauſe emiſſam pena .xl. ſolidorꝝ fortiū ſi in illa ꝑſeuerauerint: hoc edicto mulctari iubemus a ꝓcuratore qui ſua ꝑſumptione ſine magiſtri ſui ſeu domini cauſe conſenſu vel aduocati cōſilio ad huiuſmodi friuolā appellationē proſilierit exigenda: aut domino principalis cauſe reo vel actore qui ſic temere appellauerit vel appellationi ſic manifeſte temerarie conſenſerit recuperanda: ⁊ fiſco noſtro applicanda. Conſilijs noſtris nobiſcum: ⁊ chamberiaci reſidentibus ad quorum auditoria cauſe appellationum: vt in primo huius tituli capitulo cauetur deuoluuntur.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Mandantes hoc edicto quatenus in talibus friuolis fruſtratorijs: ⁊ temerarijs procedentib⁹ appellationibus non deferēt nec inhibeant.

¶ A ſententijs vtriuſq; conſilij non appellatur: ſed ſupplicatur ad dominum.

Sicut iam dictum fuit obſeruatum nō licere a ſententijs noſtri nobiſcum: ⁊ chāberiaci reſidentis cōſilij appellare, put nec a ſentētijs prefectorum pretorio de iure licuit appellari hoc edicto ſtatuimus a ſententijs que per cōſilium noſtrū reſidens chamberiaci proferent nō ad cōſilium noſtrum nobiſcū reſidens cum vtriuſq; ſimul par ius: ⁊ equalis auctoritas atq; idētitas in diffiniēdis atq; dirimēdis litib⁹ eadem ſit eis data poteſtas: nec ad ipmmet cōſilium noſtrū chāberiaci reſidēs: ſed ad nos quorum auctoritate vtrūq; cōſilium noſtrū predictū fungitur p pretendētes ab ipſis ſentētijs ſe grauatos eſſe ſupplicādū. Et ſimili modo a ſententijs per conſiliū noſtrū nobiſcum reſidens pferendis: non iterum ad ipſummet conſilium: ſed ad nos decernimus eſſe p ſupplicatiōes nobis dirigendas recurrendū. Quorum qdem ſupplicationum remiſſionūq; ⁊ emendationū ſententiarum predictarum a qbus ad nos ſupplicabit cauſas audiendas decidendas: ⁊ fine debito ac breui proceſſu terminādas alijs peritis de noſtro cōſilio q in cauſarum: ⁊ ſententiarū per dicta cōſilia noſtra auditarū: ⁊ latarū auditione deliberatione: ⁊ diffinitiōe pſentes nō fuerit a qbus fuerit ſupplicatum: aut alijs quos viderimus ad hoc idoneos decernimus fore cōmittēdas: vel ad examen vel tribunal audientie noſtre nouiſſime generalis de qua infra ſtatuimus eſſe remittendas appellandi a predictis ſententijs in curijs dictorum cōſiliorum noſtrorū nobiſcum: ⁊ chamberiaci reſidentium latis ppter auctoritatem pretorij locum non eſſe decernētes: ſed cūctis hoc edicto claudentes facultatem locoq; appellationum ſupplicationes: ut prefertur per nos dirigendi vniuerſis ⁊ ſingulis ſe grauatos pretendētibus liberam concedentes poteſtatem.

¶ Sicut in appellando ſic in ſupplicādo ſupplicāti apud acta in aſpectu iudicantiū. In altero conſiliorū domini adhuc ſedentium ſufficit dicere ſupplico. In interlocutorijs vo oportet ⁊ ſupplicare in ſcriptis: ⁊ cauſa ſupplicationū dōbet diffiniri ifra tpa appellationū.

Cum qs a ſententia diffinitiua per alterum dictorum conſiliorū noſtrorum lata ſentiens ſe grauatum ad nos vt prefert duxerit ſupplicādū: decernimus hoc edicto tali ſupplicare volēti iudicātibus in dicto cōſilio adhuc p tribunali ſedentibus: ⁊ penes acta cauſe illico cū lata fuerit huiuſmodi ſentētia diffinitiua ſufficere dicere ſupplico: ſicut in appellādo ſtatutū eſt ſufficere dicere appello: ⁊ huiuſmodi ſupplicationem ſic emiſſam p verbū pdictum ſolū: ſupplico: valere, put de appellationibus ſupra ſtatutū eſt. Et hoc ipm in pede littere ſententie a qua ſic ſupplicabit addici p ſecretarium ſeu ſcribā qui ipſam ſententiam leget: ⁊ recipiet videlicet q idē ſupplicans illico apud acta ſupplicauit ⁊ dixit: ſupplico cum qs ita ſupplicauerit precipimus. Et p lr̄is dimiſſorijs ſeu refutatorijs ſicut de appellatiōibus ſtatutū eſt tali appellanti dari: ⁊ concedi litterā de ſupplicatiōe ſic interpoſitā iubemus. Ab interlocutoria aūt ſententia dicti vtriuſq; cōſilij nr̄i vel alio grauamine illato p ipſum cōſiliuz in ſcriptis iubemus ſupplicari: ⁊ grauaminis cauſas in ſupplicatiōibus inſeri: put ab interlocutoria vel grauamine appellāti incombit de iure cōmuni: q in hoc ſeruari precipim⁹. Executiōes aūt: ⁊ proſecutiones huiuſmodi ſupplicationū p preſentes fieri ſtatuimus infra eadem tempora infra que cauſas appellationum expediri cōſtituimus. Idemq; ius eſſe in dictis appellationibus ⁊ ſupplicationibus quo ad tempora ſupradicta. Exceptis cauſis ſupplicationum vertentibus: ⁊ que in poſterum ventillabuntur coram noſtro nobiſcum reſidente conſilio in quibus predicta tempora ſic ſtatuta non habere locum ſtatuimus: ⁊ ordinamus.

¶ De ſuprema ⁊ generali audientia: ⁊ eius auctoritate de iudicibus loco tempore cauſis iudicumq; qualitate: ⁊ poteſtate ipſius audientie generalis.

Ut nihil in republica nobis deo diſponente commiſſa precipue circa que ſunt iuſticie remaneat improuiſum. ſed cuncta ad ſubditorum noſtrorum cōmoditatem: ⁊ quietem remedie opportunis feliciter diſponantur: hoc edicto ſaluberrimo perpetuo ſtatuimus erigimus: ⁊ ordinamus vltra omnia noſtra iuſticie tribunali: ⁊ auditoria curiarum conſiliorum nobiſcum: ⁊ chamberiaci reſidentium ac iudicū quorumcunq; noſtrorum vnum generale: ⁊ ſupremum tribunal: ⁊ auditorium iudiciale ſolenniter tenendū ⁊ obſeruandum ſingulis annis per totum menſem maij: aut maius vel minus temporis ſpacium ſecundum cauſarum occurrentiam: ⁊ prout decreuerimus in loco mediocri ad hoc apto per nos eligendo put viderimus expedire. In quo perſonaliter ſi voluerimus: ⁊ fuerit expediens preſidere debeamus: vel nobis alias



bis alias impeditis aut nolentibus ſeu videntibus non expedire vnum principem ſeu baronem vel duos ſeu alios viros ſpectabiles magnates: ⁊ inſignes per nos delegandos vna cum duobus aut pluribus doctoribus ſeu iuris peritis famoſis ſciētia iuris pratica prudentia: ⁊ probitate polētibus aſſeſſoribus nr̄is ſeu delegatorum noſtrorum predictorum per nos aſſumendis extra patriā noſtram: vel ſaltem qui non fuerint vel ſint de altero conſiliorum noſtrorum predictorum: aut iudices ſeu in officiarijs noſtris iudicialibus conſtituti ibidē pro nobis preſidere decernimus: Ad qd quidem tribunal ſupremum: ⁊ generale auditoriū ⁊ preſidentes: ⁊ aſſeſſores ibidē delegatos ⁊ aſſumptos: vt pfertur deferri volumus: ⁊ iubemus hoc edicto oēs: ⁊ ſingulas cauſas ſupplicationū a ſententijs diffinitiuis per cōſilium noſtrum nobiſcum reſidens latis que nondum tranſierint in rem iudicatam: necnon nullitatum ab eiſdem ſententijs per pretendentes ſe inde grauatos ad nos miſſarum: que per nos alteri cōmiſſe decidende: ⁊ diffiniende non fuerint ac ſup omniū ⁊ ſingularū querimonialiū: ⁊ clamarum quorūcunq; ſubditorum noſtrorum: ⁊ aliorum contra: ⁊ aduerſus omnes ⁊ ſingulos omnium curiarum noſtrarum iudices: baylliuos: caſtellanos: procuratores fiſcales: ⁊ quoſcunq; alios officiarios noſtros maiores: mediocres: ⁊ minores eorūq; locūtenentes de ⁊ ſuper abuſibus fraudibus denegatiōibus: ⁊ alijs preuaricationibus in adminiſtratione iuſtitie: necnō extorſionibus pilicherijs: ⁊ alijs iniuſtis ac illicitis exactiōibus: ⁊ oppreſſionibus per officiarios in ipſos cōquerentes factis ⁊ cōmiſſis. Et vlterius aduerſus quoſcunq; barones bāneretos alioſq; vaſallos: ⁊ ſubditos nr̄os nobiles ⁊ ignobiles: offenſores ⁊ iniuriatores: aſſaſſinos ⁊ violētos eorūq; fautores: auditores: ⁊ receptatores de ⁊ ſup diffidētijs minis vulneratiōibus: verberibus: iniurijs: violentijs: ſpoliationibus mulierū ⁊ virginū raptibus: ⁊ violationibus de ⁊ ſup quibus iuſtitia nō fuerit miniſtrata ibidē audiēdas decidendas cognoſcendas: ⁊ fine debito terminādas ſūmarie ſimpliciter: ⁊ de plano ſineq; ſolennitate ordinis iudiciarij ac omni iudicij ſtrepitu ⁊ figura: ſed ſola negocij: ⁊ cauſarum facti veritate cōſiderata ⁊ inſpecta ſuper quibus omnibus: ⁊ ſingulis predictis delegatis noſtris: ⁊ eorum aſſeſſoribus ſecundū deum: ⁊ iuſtitiam exercendis: ⁊ executioni debite demandandis plenam: ⁊ liberā hoc edicto tribuimus poteſtatē atq; auctoritatē vices nr̄as eis cōmittendo in premiſſis omni appellatione ſupplicatione reclamatione pariter: ⁊ recurſu penitus ceſſantibus. Statuentes q p nos ſi cōtinget nos in dicto tribunali ſeu auditorio nr̄o generali: ⁊ ſupremo preſidere: ſin autem p delegatos nr̄os ac nr̄os vel eorum aſſeſſores in ipſo adiutoria fiant: ⁊ teneant due vel ſaltem vna ſeſſiones prout ſecundum negociorum ⁊ cauſarū occurrētiā fuerit expediēs ſingulis diebus ad honorē dei non feriatis durante dicto menſe maij ſeu tempore ipſius auditorij. Uniuerſis ⁊ ſingulis conſiliarijs iuſticiarijs: ⁊ officiarijs necnō baronibus banneretis ac quibuſcūq; vaſſallis: ⁊ ſubdis nr̄is preſentibus: ⁊ futuris edicto preſenti mandantes quatenus predictis delegatis: ⁊ aſſeſſoribus nr̄is in ⁊ circa executionem predicte ſibi commiſſe iudicialis poteſtatis: ⁊ adminiſtrationibus prompte: ⁊ ſine q̄cunq; rebellione ſeu reſidentia pareāt ⁊ obediāt tanq; nobis ſub pena indignationis noſtre cuius quātitatē duxerimus arbitrandam.

¶ De iuramento ⁊ ſalario ipſorum dominorum preſidentis ⁊ aſſeſſorum.

Ut iuſtitiam ſincerius: ⁊ liberius exercere valeant dicti preſidētes delegati noſtri: ac noſtri: ⁊ eorum aſſeſſores anteq; officio ſibi cōmiſſo ſe ingerant vel immiſerant in manibus nr̄is ad ſancta dei euangelia iurabūt ſolēniter q ſibi per nos in hac parte cōmiſſam iuſtitie adminiſtrationē ac oīa: ⁊ ſingula eidē adminiſtrationi incōbentia iuxta iuris: ⁊ ſtatutorum noſtrorum ſanctiones cū omni probitate: ⁊ veritate fideliter exercebūt nobis ſeu fiſco nr̄o aut cuicunq; alteri perſone cuiuſcūq; ſtatus vel preheminentie fuerit in iuſtitia iudicanda: ⁊ miniſtranda iniuſte nō fauebunt neminem opprimēt vel grauabunt indebite cordaq; ab omni odio: timore: amore: ⁊ manus excuſas ab omni munere habebūt. Et quia operarijs vocatis debetur merces congrua: ⁊ ne lucri cupiditas mentem cuiuſq; eorum afficiat vel auertat cuilibet eorūdem preſidentium: ⁊ aſſeſſorum iuxta ſtatuum: ⁊ graduum ſuorū qualitates deo preuio prouidere curabimus de expenſis: ⁊ ſalarijs decentibus.

¶ Media cauſam in dicto generali adiutorio vertendaruz p commiſſarios poſt emiſſas ſupplicationes: ⁊ querelas per dominum aut preſidentes deputandos vnum vel plures ſi neceſſe fuerit audiantur: ⁊ decidantur vſq; ad diffinitiuam excluſiue.

Ad cauſarum ⁊ querelarum in dicto generali auditorio: ⁊ ſupremo tribunali noſtro vertendarum breuiorem: ⁊ meliorem expeditionē ſtatuimus ⁊ ordinamus: q media ipſarum cauſarum: ⁊ q̄relarū audiātur examinent ⁊ decidant vſq; ad diffinitionē excluſiue per euz vel eos cui vel quibus nos vel dicti preſidētes delegati noſtri duxerimus ſeu duxerint cōmittendum q̄ celerius commode fieri poterit: ſic q proceſſus dictorum mediorum cauſarum: ⁊ q̄relarum ſint completi ſi fieri poſſit in primo adiutorio: interpoſitione dictarū ſupplicationum: ⁊ querelarum immediate ſequentis: vt tunc ipſi proceſſus in dicto auditorio coram nobis ſeu predictis preſidentibus: ⁊ aſſeſſoribus exhibeantur: vt ipſe cauſe: ⁊ querele diffiniantur. Proceſſus vero qui tunc non fuerint cōpleti: aut in ſtatu diffiniendi poſtmodum cōpleant: ⁊ ipſos

compleri iubem⁹ ꝑ cõmiſſarium ſeu cõmiſſarios antedictos infra tempus auditorij gñalis ex tunc imme
diate ſequẽtis in quo cauſas: ⁊ q̃relas q̃ in ꝑcedenti auditorio nõ fuerint diffinite diffiniri: ⁊ terminari pre
ceteris volum⁹ ⁊ iubem⁹. Nolentes imo verius ordinantes hoc edicto ꝙ interim nõ currãt tẽpora ſuppli
cantibus ad ꝓſequendum ſuas ſupplicationes: quaꝝ cauſe nõ fuerint in precedenti auditorio diffinite.

¶ Quod doctores ſeu iuriſperiti aſſeſſores accedant ad locum tribunalis per duos men-
ſes ante tẽpus dicti adiutorij generalis ꝓ proceſſibus cauſarũ ⁊ querelarũ viſitandis.

QUia meritoꝝ cauſarum notitia: ⁊ matura prouiſio ad diffinitionem cauſarum multum confert: ſta-
tuimus ⁊ ordinamus: ꝙ prefati doctores ſeu iuriſperiti noſtri: vel dictoꝝ preſidentium delegatoꝝ
noſtrorum aſſeſſores per duos menſes ante tẽpus ipſius audientie generalis vocentur: ⁊ perſonaliter ac
cedant ad locum predictum per nos electi tribunalis ad viſitandum proceſſus: ⁊ acta cauſarum: ⁊ quere
larum predictarum ſuper quibus fuerit ius dicendum: ⁊ erunt ferende ſententie. Quos qdem proceſſus:
⁊ acta volumus: ⁊ iubemus per ſecretarios noſtros notarios: ⁊ ſcribas ipſoꝝ proceſſuum: ⁊ actorum cõ-
pletorum: vt prefertur qui fuerint per partes querelantes traditi: ⁊ exhibiti ipſis aſſeſſorib⁹ ſtatim per eo
rum aduentum tradi: ⁊ expediri ad viſitandum vt prefertur: Sub pena quadraginta ſolidorum fortium
per quẽlibet ex ſecretarijs: ⁊ ſcribis proceſſuum: ⁊ actorum prodictorum ipſos proceſſus, ⁊ acta tradere ⁊
exhibere negligentem committenda ⁊ fiſco noſtro applicanda.

¶ De executione rei iudicate. Bayliui ⁊ caſtellani: ⁊ ceteri officiarij quibus committunt̃
executiones ſententiarum debent eas exequi viriliter: ⁊ manu armata ſi opus fuerit.

IUdices exequi debere ſententias per eos latas que in rem tranſierunt iudicatam iure communi di-
ſponitur: quia nullum vel modicum fructum afferrẽt ipſe ſentẽtie, niſi executio ſequeretur. Hoc igit̃
edicto omnibus ⁊ ſingulis bayliuis ⁊ caſtellanis eorumqꝫ locatenentibus ſeruientibuſqꝫ generalib⁹ ſal-
terijs miſtralibus ⁊ alijs officiarijs nr̃is qbus ſententie diffinitiue in curijs noſtris quibuſcunqꝫ per ius
dicentes late committent̃ ſeu mandabuntur exequende poſtq̃ȝ in rem tranſierunt iudicatam precipimus
⁊ mãdamus quatenus ipſas ſententias iuxta earum tenores ⁊ mandata iudicialia inde facta nõ exceden-
do fines ipſoꝝ mandatorũ ꝓ̃pte: ⁊ viriliter exequantur, etiã manu militari ſi op⁹ fuerit adhibita. Si
quis enim ad reſtituendum alteri rem aliquam ſeu hereditatem: aut poſſeſſionem fuerit cõdemnatus cer
ta dilatione ad hoc ſibi data: ⁊ iuſſus infra ipſam dillationẽ reſtituere non reſtituerit ipſum non parentẽ
ſententie ⁊ reſtituere recuſantẽ per bayliuum: caſtellanum ſeu eorum locumtenentium: ſeruientem miſtra
lem aut aliũ officiarium noſtrorum ſeu officiarios noſtros cui vel quib⁹ huiuſmodi cõdẽnationis ſeu ſen
tentie fuerint per iudicem ſeu iudices ipſius ſententie cõmiſſa vel mandata fieri executio ad reſtitutionem
rei hereditatis vel poſſeſſionis, ⁊ cui reſtituere iuſſus fuerit viriliter ⁊ potẽtialiter ſi neceſſe fuerit vt ꝓfer
tur compelli volumus: ⁊ mãdamus. Et ſi forſan idem condẽnatus huiuſmodi executioni reſiſtere pre-
ſumpſerit ipſam rem reſtituendam ſi illam habeat idem condẽnatus ab eo auferri, ⁊ illi cui reſtitutio iuſ
ſa eſt fieri ipſum executorem volumus: ⁊ mãdamus omni dillatione: ⁊ mora caſſantibus. Sub pena ꝓ mo
do negligentie ipſi executori infligenda arbitrio iudicantis. Et nihilominus per executorẽ condẽnato
ſub formidabilibus penis inhiberi ne miſſum in poſſeſſionum ipſius rei iudicate in eadem poſſeſſione tur
bare vel inquietate preſumat. Quod ſi ſecus preſumpſerit talis velut rebellis: ⁊ inobediens ſtatim per of
ficiarium noſtrum cui ſubeſſe dignoſcetur capiat̃ perſonaliter: ⁊ incarceretur: penaqꝫ ſibi ĩpoſita per exe-
cutorum contra eum per iudicem loci declaretur, ⁊ declarata per ipſum executorem exigatur: ⁊ fiſci no-
ſtro errario ad quem pertinebit tradatur.

¶ Declaretur per iudicem pena impoſita condẽnato cõtra ipſum nõ parentem iudicato
⁊ nihilominus ſi nõ paruerit incarceret̃, ⁊ de bonis ſuis fiat executio.

SI ⁊ qñdo diffinitiua ſentẽtia lata fuerit ſup actione ꝑſonali vel alias q̃ȝ in reali vel in petitione he-
reditatis iubemus hoc edicto ꝑ iudicem q tulerit ipſam ſententiã cum in rem tranſierit iudicatam:
illam exequendo iniungi cõdemnato in eadẽ ſententia ſub pena ꝑ ipſum iudicem iuxta ꝑſonaꝝ q̃litatem: ⁊
debiti quãtitatem arbitranda: ⁊ ipſo iure: ⁊ facto cõmittẽda, ꝙ ſoluat det vel faciat creditori infra tẽpus ꝑ
ipſum iudicẽ ad hoc ſtatuendũ ipſi cõdemnato q terminus in paruis: ⁊ mediocribus cauſis tẽpus vigin-
ti dieꝝ. In alijs vero maiorib⁹ duoꝝ menſiũ terminum nõ excedat id ad quod fuerit cõdẽnatus. Et ſi
forſan idem cõdemnat⁹ ſatiſfacere eidẽ creditori infra ſibi ꝑ̃fixum terminum: ⁊ parere iudicato neglexerit
mãdataqꝫ iudicialia penalia cõtempſerit: in penaſqꝫ: ⁊ mulctas in ipſis mãdatis cõtẽtas inciderit ſtatim
ad reqſitionẽ creditoris in cui⁹ fauorẽ fuerit lata ipſa ſñia ipſum cõdẽnatũ ꝑſonaliter capi ꝑ caſtellanũ lo
ci: aut ei⁹ locũtenẽtem: vel aliũ familiarẽ curie ipſi⁹ caſtellani: aut alteꝝ ex ſeruiẽtib⁹ nr̃is generalibus. ⁊
captũ detineri ⁊ arreſtari vel cõfinari prout iudici videbit̃ donec ſatiſfecerit: ⁊ paruerit iudicato: Hoc edi
cto ſtatuimus: ⁊ iubemus ſi ⁊ vbi pars ipſa vitrix viam predicte captiõis vel detentionis eligere voluerit
Et ſi cõmode ꝑſonaliter capi detineri vel cõfirmari nõ poſſit: vel vbi ipſe talis detẽtus eſſet diu moroſus
in ſoluendo:



in ſoluendo: vel pars vitrix nolet eligere viam ꝑdictã fiat leuatio de pignore de bonis talis cõdẽnati mo-
bilibus vel ĩmobilibus de qbus voluerit pars victrix. De his tamen q̃ reperiet̃ ipſe condẽnatus poſſide
re tempore cõdemnatiõis nõ habita cõſideratiõe ad ordinem ipſoꝝ bonoꝝ. Sed leuet executor de dictis
bonis que pars victrix voluerit mobilibus vel ĩmobilibus redditibus aut nominibus debitoꝝ ſimul: ⁊ ſe
paratim dictaqꝫ bona ſic leuata ſubaſtent̃ ⁊ vendant̃: ⁊ expediant̃ modo: ⁊ forma in capitulis ſequẽtibus
ſtatutis ⁊ expreſſatis. Et ſi talis cõdẽnatus cõmode ꝑſonaliter capi arreſtari: ⁊ detineri nõ poſſit nec eius
bona vendi: ⁊ ſubaſtari vt ſupra qa nõ reperit̃ emptor vel alias tunc bona vel de bonis ipſius talis condẽ
nati quoꝝ fructus valorẽ annuũ debiti declarati expenſaꝝ ⁊ penaꝝ veriſimiliter valeãt ſi cõdẽnatus tãta
bona poſſideat. Et ſi tãta bona nõ poſſideat oĩa eius bona ad manum curie noſtre poni: ⁊ reduci ſub legi
timo inuentario, ⁊ ſub eadem manu teneri iubemus donec ipſe q cõdẽnatus fuerit ſatiſfecerit victori: In
tegreqꝫ paruerit iudicato ſup principali: ⁊ expenſis ⁊ penas ꝑ eũ cõmiſſas ſoluerit: de qbus donec parue
rit iudicato: ⁊ ſatiſfecerit victori in totũ nullã debeat gratiã: ⁊ remiſſionem obtinere. Et fructus ⁊ alij pro
uentus: ⁊ exit⁹ bonoꝝ ſuoꝝ predictoꝝ ad manus nr̃as redactoꝝ per officiarium executorem recoligant̃: ⁊
leuent̃. Et q cõſiſtant in pecunia victori expediãtur: ⁊ alij vẽdant̃ plus offerenti: ⁊ precia ipſi victori expe-
diant̃ donec plenarie fuerit ſibi ſatiſfactum de principali ⁊ expenſis. Et nihilominus dicti debitores con
dẽnati continuo cõpellant̃ penaꝝ ⁊ mulctaꝝ impoſittonibus ⁊ declaratiõibus donec integra: ⁊ ꝑfecta ſo
lutio fuerit facta: ⁊ alias paruerit iudicato. Et ꝓpterea talia bona quotienſcunqꝫ ante ſatiſfactionem ple-
nariam de principali expenſis: ⁊ penis reperietur emptor: ⁊ commode vendi ⁊ ſubaſtari poterint vendan
tur ⁊ ſubaſtentur modo ſupradicto: ⁊ expediãtur vt ſupra. Et vltra omnia predicta vbicũqꝫ extra loca ſa-
cra antequam plene paruerit iudicato talis cõdemnatus reperiretur in locis vbi commode arreſtari vel
detineri poterit arreſtet̃: ⁊ detineat̃ prout ius dicenti vt ſupra videbitur faciendum donec integre parue
rit iudicato: ⁊ expenſas: ⁊ penas commiſſas ſoluerit. Ita tamen ꝙ vnus dictorum modorum exequendi
alium non impediat.

¶ De executione que fieri mandatur per leuationem pignorum mobilium.

CUm vero in exequenda ſententia ad leuationem pignorũ procedat̃, ſic procedendum fore ſtatuim⁹
videlicet ꝙ vbi iudex mobilia de pignore leuari mandauerit ipſa mobilia leuari: ⁊ capi per bayliuũ
caſtellanum ⁊ alium officiariũ noſtrum cui ꝑ iudicẽ commiſſa ſeu mandata fuerit executio faciẽda iube-
mus preſente cõdẽnato: vel ipſo abſente preſente vxore ſua ſi habeat. Si vero non habeat vxorem vel fue-
rit abſens tũc preſentibus vno vel duobus aut pluribus ex famulis ſeu vicinis ipſius condemnati q tũc ha
beri poterint, ⁊ ipſa bona mobilia leuata de pignore a domo ſeu loco in qbus erant extrahi: ⁊ in alio loco
tuto ſub manu nr̃a ſeu curie nr̃e locis: ⁊ in ſequeſtro ꝑ inuentariũ deſcripta cuſtodienda ⁊ tenẽda reponi
vſqꝫ ad ſummã ⁊ largã extimactionẽ rei iu dicate expenſarũ executiõis: ⁊ intereſſe creditoris. Hãc etiã pi
gnorũ leuationẽ fieri precipimus preſente ſcriba curie caſtellani loci q omnia bona leuata ꝑticulariter in
libris ipſius curie deſcribat: ⁊ regiſtret vna cũ cauſa leuatiõis noĩe executoris die, mẽſe: ⁊ anno loco ⁊ teſti
ſtibus: vt de ipſis bonis leuatis cõſtet: ⁊ nihil poſſit inde ſubtrahi vel occultari. Et tunc ipſa leuatio pi-
gnoꝝ notificet̃ per executorẽ cõdemnato. Deinde in primo foro ſeu mercato loci in quo ipſa pignora
leuata fuerint ſi ſit ibi foꝝ: Si aũt in loco cõmuni publice exponant̃ venalia: ⁊ vendenda infra tres dies
immediate ſequentes: Si cõdẽnatus non interim ſatiſfecerit creditori pro quo fuerit lata ſententia: Adue
niente aũt ipſa die venditionis, ipſa bona ſeu pignora ꝓclamentur venalia, ⁊ plus offerẽti vendenda: ⁊ tra
denda hora tertiarum: Et lapſa vna hora poſt ipſam proclamationem expediantur verbo plus offerẽti:
Et omnia premiſſa per dictũ ſcribam in libris curie regiſtrentur vna cum nomine emptoris plus offerẽ-
tis: ⁊ precio oblato deinde ſignet̃ idem emptor ad horam veſperorum eiuſdem diei ad audiendũ ſi qs ma-
ius precium offerre voluerit. Qua quidem hora veſperorum iterum proclamentur ipſa bona ſeu pignora
venalia plus offerenti q̃ȝ primus emptor obtulerit de mane expedienda. Et facta ipſa proclamatiõe plus
tunc offerenti verbo vel inſcriptis in dictis libris curie fiendis expedientur ipſa bona. Et aſſignet̃ ille pl⁹
offerens ad diẽ decimam poſt dictam expeditionem verbalem ſibi factã: ⁊ in ſcriptis redactã ad ſoluẽdum
precium oblatum, ⁊ recipiendum ipſa pignora ſeu bona ſic ſubaſtata ⁊ vendita. Infra quos quidem de-
cem dies ſi debitor condẽnatus ſatiſfecerit creditori ⁊ pareat iudicato ſoluatqꝫ expenſas dicte executio-
nis: eumqꝫ in dicta bonorum ſubaſtatione emptorem ſe exhibuerit: ⁊ contentauerit. Iubemus in ipſo caſu
eidẽ debitori condemnato ipſa mobilia ſic leuata ⁊ ſubaſtata reſtitui: ⁊ expediri per executionem ſupradi
ctum ſtatim poſtq̃ȝ conſtabit iudici: ⁊ executori de ipſis ſatiſfactionibus predictis per ipſum condẽnatum
prius factis: Alias ſi dictus cõdemnatus infra dictos decem dies in predictis ſatiſfationib⁹ defecerit ipſa
bona expediantur per executorẽ emptori predicto magis offerenti, ſoluto prius per eum precio oblato cre
ditori ꝓ quo ſentẽtia fuerit lata, ⁊ in cuius executionem ipſa bona fuerint leuata de pignore. Si quis au-

tem baylivus: caſtellanus vel vicecaſtellanus ſeruiẽs generalis vel ſpecialis aut alij huiuſmodi ſententiarum executores domum ſeu domos agricolarum aut aliorum ſubditorũ noſtrorũ quorũcunqꝫ pro leuatione pignorum aut executione facienda intrare preſumpſerit niſi ipſo condẽnato preſente aut vxore ſua vel famulis ſeu vicinis eiuſdem: vt dictum eſt penam centum ſolidorum fortium: fiſco noſtro applicandaꝫ pro qualibet huius edicti noſtri ſe nouerit incurriſſe.

¶ In executione ſententiarum fienda per leuationem bonorum mobilium non leuentur animalia ⁊ inſtrumenta ad agriculturam neceſſaria.

Boues aratorios equos ⁊ cetera quecunqꝫ animalia aratrum vomeres, ligones falces ⁊ alia inſtrã ad agriculturã neceſſaria in exequẽdo ſñias ⁊ res iudicatas leuari ſeu capi de pignore ꝑ quẽcunqꝫ executorẽ hoc edicto ꝓhibemus niſi in ſubſidium videlicet vbi debitor cõtra quem executio fieri debebit alia bona mobilia nõ haberet. Sub pena .xl. ſolidorũ fortium per quẽcũqꝫ caſtellanũ ſeu eius locũtenẽtem. Et .xx. ſolidoꝝ fortiũ ꝑ quẽlibet ſeruientem ſeu miſtralem cõtrafacientem cõmittenda: ⁊ fiſco noſtro applicãda. Si forſan ſcriba curie caſtellani in cuius caſtellania cõtinget fieri executiões ſñiarum ꝑ leũationes pignoꝝ ⁊ bonoꝝ mobiliũ vt prefert in ipſoꝝ pignorũ leuatione alijs ſui officij occupatus negocijs preſens nõ fuerit ſicut ſtatutum eſt fieri ſeruiens ſeu miſtralis executor ⁊ leuator ipſoꝝ pignorum poſt leuationẽ ipſoꝝ pignorum ſtatim accedat ad predictum ſcribam illius curie eidem relaturus ⁊ ſignaturus pignora leuata integraliter nomẽ ⁊ cognomen actoris ſeu creditoris ꝓ quo ſeu ad cuius inſtantiã necnõ debitoris cõdemnati cõtra quem facta fuerit executio ⁊ ipſorũ pignorum leuatio vna cum anno menſe teſtibus ⁊ loco ipſi⁹ leuationis que oĩa dictus ſcriba in libris curie regiſtrare teneaꝑ ne bona leuata pereãt ſeu alias valeant occultari. Sub pena .xl. ſolidoꝝ fortium ꝑ quẽlibet executorem ⁊ leuatorem pignorũ in referendo ⁊ deſignãdo ⁊ per quẽlibet ſcribã in regiſtrãdo predicta oĩa deficientem ꝓ quolibet defectu cõmittenda ⁊ fiſco noſtro applicãda vltra reſtitutionẽ pignorũ leuatorum ſi que ob culpã dictorum executoris ⁊ ſcribe perire contingerit pignorato faciendam aut ipſorum pignorum predictorum iuſtam extimationem impendendam. Cuius quidem pignorati perſone tamen ſua qualitate penſata iuramenta ſuper gagiamento ⁊ pignorum extimatione credi volumus ⁊ iubemus.

¶ De executione ſententiarum que fit ⁊ fieri mandatur per leuationem bonorum immobilium.

Si in rebus imobilibus predijs poſſeſſionibus aut redditibus executio alicuius ſententie fiat ⁊ fieri mandaꝑ, ⁊ huiuſmodi res de pignore per executionem ipſi⁹ ſententie leuenꝑ ſtatuimus ꝙ in ipſa leuatione oĩa leuata in libro curie loci executionis cũ ſpeciali deſignatione omnium ipſoꝝ leuatorũ ꝑ ſcribam eiuſdem curie regiſtrenꝑ: Et in ſignũ ⁊ effectum leuationis de pignore in executionem rei iudicate illico ponanꝑ ⁊ reducanꝑ ad manus curie noſtre illi⁹ loci. ac in illis penuncelli armoꝝ noſtroꝝ ſi ſint ꝑdia poſſeſſiones ⁊ res corporales apponanꝑ. Si vero ſint redditus inhibeaꝑ debentibus ne ipſos redditus ꝑſoluere preſumant: ſub penis formidalibus ſine mandato iudicis qui tulit ipſam ſentẽtiã. Deinde huiuſmodi reꝝ leuatio de pignore facta notificenꝑ per executorem condemnato contra quem facta fuerit ipſa pignoꝝ leuatio in propria perſona ſi apprehẽdi potuerit ſin autem in domo habitationis ſue, ⁊ ſi certũ domiciliũ nõ habeat voce ꝑconis loco ⁊ more ſolitis nuncienꝑ illa bona imobilia de pignore leuaua ⁊ capta in executiõe ſñie declarãdo ſñiam ⁊ nomẽ ꝓ quo ⁊ cõtra quẽ fuerit lata. Deinde exponanꝑ ⁊ maneant ipſa bona venalia ꝑ .xx. dies, ⁊ in p̃io foro ſeu mercato propinquiori loci ſcitus ipſarũ reruꝫ vel alias publice locis ⁊ more ſolitis infra .x. dies ꝓximos poſt dictam leuationẽ de pignore cridenꝑ venales ⁊ notificenꝑ ꝑconia voce ꝙ plus offerẽti expedienꝑ. Et tunc ſcribanꝑ in libris vbi ⁊ per quem fient ſubaſtationes nomine emptoris plus offerentis: ⁊ quãtitas precij oblati. Et ſubſequenter in alio ex tunc proxime ſequenti foro, vel octaua die poſt dictam cridã ⁊ notificationẽ. Et deinde in tertio foro, vel octaua die poſt ſecundaꝫ cridationẽ cridẽtur ⁊ notificenꝑ ꝓut ſupra. Et in ipſo tertio ⁊ vltimo foro ſeu ſub vltima ſubaſtatione ⁊ crida lapſis dictis terminis plus offerenti vendanꝑ ⁊ expedianꝑ ipſa bona ꝓ precio maiori inde oblato ſoluẽdo victori ſeu creditori in cuius fauorem fuerit lata ſñia. Et fiet huiuſmodi executio vel expedienꝑ ipſa bona eidem creditori ſeu victori ſi maluerit ⁊ ea retinere voluerit pro precio maiori inde oblato. Et tunc fiat ꝑ dictum ſcribam illius curie publicum inſtr̃m de venditione ⁊ expeditione ipſorum bonorum ſeu rerum continens omnes ꝓclamationes ⁊ ſubaſtationes predictas inde factas. Poſt quorum quidem bonorum realem ⁊ finalem expeditionem nunꝙ ad ipſa bona regreſſum habere condemnatum vel ſuꝑ illis impetere ſeu moleſtare poſſe emptorem decernimus.

¶ Si de ⁊ ſuper rebus que leuantur de pignore queſtio moueatur per tertium iudex de illo ſummarie cognoſcat.

Si de ⁊ ſuꝑ rebus mobilib⁹ vel imobilibus in executionẽ rei iudicate leuatis de pignore moueaꝑ ꝑ alium ꝙ eum ꝯtra quem fiat ipſa executio ꝯtrouerſia iudex ꝗ tolerit ſñiaꝫ ſũmarie cognoſcat de illa.

Etin



Et in ſedanda ipſa controuerſia ꝓcedat cognoſcẽdo ⁊ iudicando prout iure cõi diſponitur in hoc caſu.

¶ De indulgẽtijs remiſſionibus ⁊ gratijs ſuꝑ criminib⁹ bãnis ⁊ penis commiſſis.

Indulgentiam obtinens a domino ſuꝑ delicto litteras indulgentiales exhibeat iudici ſuo vt ſciatur per relationem ipſius iudicis ſi forſan fuit ipſa indulgentiã ſubrepticie obtenta. Preſenti ſtatuim⁹ edicto ꝙ quicunqꝫ criminis ſeu delicti per eum commiſſi, ⁊ pene inde ſibi debite indulgẽtiã ſeu remiſſionem obtinuerit iudicẽ ſuum ad quem ante huiuſmodi factam indulgentiam de ipſo delicto iudicare ptinebat adeat perſonaliter infra menſem a die ſibi per nos facte remiſſionis numerandum: ⁊ ipſi iudici exhibeat litteras noſtras ſuper ipſa remiſſione ſeu indulgẽtia conceſſas ⁊ factas. Et coram ipſo iudice iuſtificet huiuſmodi remiſſionẽ ſe obtinuiſſe facti veritate expſſa vel ſaltem nõ tacita ſeu ocultata ⁊ non ꝑ mendacia, ſeu alias ſubreptiue, ⁊ quouſqꝫ hoc iuſtificauerit arbitrio ipſius iudicis vel detineatur vel idonee caueat de iudico ſiſti ⁊ iudicatum ſoluendo. Si non cauerit in ꝓceſſu contra ipſum formato ſuper hoc crimine quod ſi clare iuſtificauerit cognitiõe ſummaria ipſius iudicis mediante ſine figura iudici, tũc ꝓceſſus inquiſitionalis contra eum formatus in curia loci delicti de mandato ipſius iudicis per ſcribã ꝗ ipſuꝫ ꝓceſſum fecerit canzelleꝑ ſumptib⁹ ipſius inq̃ſiti iuxta ſtatutorum noſtrorum taxationẽ moderatis. Si vero impetrationẽ dicte remiſſionis per nos ſibi facte iuſtificare defecerit ⁊ conſtet iudici predicto ſupplicationem ipſius impetrantis non fultam veritate: tunc iudex totam quam inde nouerit veritatem nobis reſcribere non differat inquãtum indignationem noſtram voluerit euitare.

¶ Gratie ſolite per iudices fieri poſſunt ſuper condemnationibus factis in pecunia numerata.

Gratiam ſolitam pena extraordinaria inumerata pecunia cõdemnatis ꝓ crimine iniuria vel offenſa ſuꝑ proceſſibus inde factis fieri per iudices noſtros ordinarios in eorum aſſiſijs publicis vel extra cum ab ipſis condemnatis fuerit ab eiſdem iudicibus humiliter implorata hoc edicto ꝑmittimus: ⁊ liberaliter ꝯcedimus exceptis appellantibus ⁊ appellatiõis ſuas ꝑ libelli appellatorij oblationẽ in curia appellationũ factam ꝓſequentibus. Ut autem dicti iudices terminos ſolitos non excedant huiuſmodi gratiã ſolitã ſicut ſolitum eſt duximus ſic limitandam videlicet ꝙ hominibus noſtris immediatis ad homagium nobis aſtrictis, ac etiam burgenſibus noſtris de medietate cõdemnationum: Ceteris vero quibuſcunqꝫ qui hoĩes noſtri ad homagium vt prefertur aſtricti vel burgenſes noſtri non fuerint de tertia ꝑte tantum per ipſos iudice gr̃am ⁊ remiſſio fieri petentibus vt prefertur. Ampliores gratias ⁊ remiſſiones in his ⁊ alijs fiendas nobis ſpecialiter reſeruantes.

¶ De theſaurario generali.

¶ De qualitate officio ⁊ iuramento theſaurarij.

Theſaurarium generalem virum prudentem fidelem probum ⁊ ſolicitum nos decet habere. Ad cuius officiũ pertinere decernimus oẽs ⁊ ſingulos cenſus, redditus taleas ſeruicia vſagia, ⁊ alia quecũqꝫ tributa obuentiones emolumẽta, firmas compoſitiones condemnationes penas mulctas ⁊ banna dona ⁊ ſubſidia. Et generaliter omnia ⁊ ſingula nobis annualiter vel ad tempus debita tam patrimonialia quã fiſcalia a bayliuis caſtellanis clauarijs ⁊ alijs officiarijs noſtris ad quos premiſſorũ omnium in ſuis officijs pertinet particularis exactio diligenter exigere recipere ⁊ recuperare victualia que non erũt ad vſum noſtri hoſpicij neceſſaria iuſtis precijs perſonis idoneis iuxta modum inferius ſtatutũ vendere et eoꝝ precia exigere ⁊ exigendas reſtas computorũ omnium ⁊ ſingulorũ officiariorum noſtroꝝ predictoꝝ ſolicitum eſſe. premiſſaqꝫ omnia ⁊ ſingula exacta recuperata fideliter ⁊ ſecure cuſtodire, ⁊ de ipſiſqꝫ recuperatis ad ſolutiones debitorum noſtroꝝ tam ad expenſas ⁊ prouiſiones noſtri hoſpicij ꝙꝫ veſtimentoꝝ equoꝝ paramentoꝝ ⁊ aliorum habilimentoꝝ noſtroꝝ. necnon librationum veſtium gentium noſtrarũ expeditionum ambaxiatorum noſtroꝝ ſalariorum donorum elemoſynarum: ſtipendiorum armigerorũ tẽpore guerre theſaurario noſtro guerraꝝ tradendaꝝ. ac omnium aliorum onerũ nobis incombentium et pro tempore occurrentiũ libratas facere prout theſaurario noſtro duxerimus ordinandum ⁊ mandãdũ. De quibus omnibus premiſſis ⁊ alijs quibuſcunqꝫ ꝑ dictum theſaurarium noſtruꝫ aut eius ſubrogatos nomine noſtro ⁊ ꝓ nobis ſic exactis receptis libratis ⁊ expeditis ſingulis ãnis quam diu dictum theſaurariũ officium exercebit fideliter ⁊ integre computare ⁊ rationem reddere cum reſtitutione aliorũ tenebiꝑ coram preſidente magiſtris ⁊ auditoribus cõputoꝝ noſtroꝝ. Cum auteꝫ idem theſaurarius noſter ad huiuſmodi officium per nos aſſumeꝑ ad ſancta dei euangelia in manibus canzellarij noſtri ſolẽnitar iurare tenebiꝑ: omnia ea que in forma iuramenti conſiliorum noſtroꝝ ſupra ſcripta. necnon in ſtatutis noſtris officium theſaurarie cõcernentia continenꝑ tam ſub preſenti titulo quam alijs pro virilibus, obſeruare officium huiuſmodi fideliter ⁊ diligenter exercere neminẽqꝫ in eius officio indebite opprimere.

¶ Theſaurario prohibetur receptio donorum ⁊ muneruꝫ necnon retentio alicuius portionis ſoluendorum ſeu extorſio a creditoribus domini exigenda.

Contentum eſſe volumus predictum theſaurarium noſtrũ ſtipendijs ⁊ ſalario ſibi per nos in lr̃is ſue conſtitutionis aſſignatis. Inhibentes eidem ne a qbuſcunq̃ perſonis ſubditorũ noſtrorũ vel aliorũ quibus ſolutiões aut liberationes pro nobis per ipſum theſaurariũ fieri contigerit. qbus prout mandauerimus realiter ſolui ⁊ ſatiſfieri integraliter per ipſum theſaurariũ volumus ⁊ iubemus qcquam extorquere ſeu de quãtitatibus ſoluẽdorũ ⁊ liberandoꝝ ſibi retinere preſumat. etiam ſi ſibi gratis ⁊ ſponte offerent vel relinquantur. nullaq̃ dona vel munera aut annuã penſioñe a qbuſcunq̃ perſonis pretextu dicti officij recipere vel exigere preter eſculenta ⁊ poculẽta victus quotidiani cauſa que infra paucos dies expendi valeant. Nulli quoq̃ creditori aut donatario ſoluere ſeu ſatiſfacere in pãnis ſericeis laneis vel lineis: vaſella auri ⁊ argenti gemmis aut alijs iocalibus: equis ſeu alijs merchãtijs qbuſcunq̃ niſi prius iuſte appreciatis ad verum ⁊ cõmunem valorem. de qua appreciatione dicti creditores ſeu donatarij contẽtent. Sub pena dupli eius quod extorſerit retinuerit vel receperit contra formam huius edicti noſtri per eum committenda: ⁊ fiſco noſtro applicanda vltra reſtitutionem indebite extortorum ſeu recẽptorum his a qbus extorta retenta ſeu recepta fuerint in integrum faciendam.

¶ Prohibetur theſaurario ne ſibi cedi faciat actiones creditorum. domini contra ipſum dominum habitas.

Noſtris ⁊ ſubditorum noſtroꝝ creditoꝝ donatariorũ ſalariorũ ⁊ ſtipendioꝝ ⁊ incõmodis necnõ fraudibus quorũcunq̃ prout eſt nobis poſſibile obuiare volentes ꝓhibemus ſub pena predicta theſaurario noſtro pro tempore exiſtẽti ne per ſe ſeu per interpoſitas perſonas emere vel ſibi quouis titulo cedi facere preſumat aliquas actiões quorumcunq̃ creditoruꝫ ſalariatorũ aut donatariorũ noſtroꝝ cõtra nos habitas pro debitis ſalarijs aut donationibus ſeu premiationibus per nos factis pro minori precio quã contineatur in litteris ſeu inſtrumenti eorumdem. preſidenti magiſtris ⁊ auditoribus computorum pro tempore exiſtentibus inhibentes hoc edicto: ne libratas pro talibus ceſſionibus per ipſum theſaurarium cuicunq̃ perſone factas vel fiendas dicto theſaurario in ſuis computis intrare vel allocare preſumant ſine mandato noſtro ſpeciali: ſed potius ipſas ceſſiones vna cum libratis inde factis nobis per eorum litteras clauſas ſignificare non differant.

¶ Quod expenſe nunciorum miſſorum per theſaurarium non allocentur eidem theſaurario in computis ſuis.

Ritum forſan hactenus in camera noſtra computorum obſeruatum de allocãdo theſaurario noſtro in ſuis cõputis expenſas nuncioꝝ per eum miſſorum cõtra bayliuos caſtellanos clauarios ⁊ alios receptores ſeu debitores noſtros ad exigendum ab eis iura noſtra ſeu eos ad hoc cogendum poſtq̃ fuerint in mora ſoluendi penitus reuocamus inhibentes preſidenti magiſtris auditoribus cõputoꝝ nr̃oꝝ ne deinceps huiuſmodi expenſas theſaurario nr̃o ꝓ tẽpore exiſtẽti i ſuis cõputis intrare vel allocare preſumant. Sed circa hoc regulas nouas ipſius camera obſeruẽt ⁊ faciãt ꝑ dictũ theſaurariũ noſtrũ obſeruari.

¶ Quod famuli vel nuncij theſaurarij miſſi contra bayliuos. caſtellanos clauarios ⁊ alios receptores vel debitores domini nullas alias perſonas citando vel extorquendo moleſtare preſumant.

Quando cõtingit dictum theſaurarium noſtruꝫ clericos famulos vel nuncios ſuos contra bayliuos caſtellanos clauarios ⁊ alios receptores ſeu debitores nr̃os ex cauſa predicta deputare eiſdem clericis famulis ⁊ nuncijs qbuſcunq̃: ꝓhibemus hoc edicto ne contra quaſcunq̃ alias pſonas ꝓcedere vel eas moleſtare preſumant nec valeant penas vel mulctas imponẽdo barrando vel arreſtando citando aſſiguando aut alias inquirendo niſi contra bayliuos caſtellanos: clauarios receptores ſeu debitores noſtros contra quos eos mitti contingerit vel niſi contra eos requiſitos per eos ſuper cõductum finantiarũ. ſi ⁊ quando egerent conductu: eis ſuper hoc obedire cõtemnentes. Sub pena. xxv. librarum fortium per quẽlibet ex clericis famulis ſeu nuncijs dicti theſaurarij contra hoc edictum noſtrum facientem committenda ⁊ fiſco noſtro applicanda.

¶ Quod theſaurarius non vendat victualia domini ſine preſentia preſidentis ⁊ magiſtrorum computorum ⁊ noticia valoris tunc communis.

Quia interdum ꝓpter ignorãtiam valoris victualium vel alias theſaurarij noſtri ꝓ tẽpore exiſtẽtes ſeu coꝝ locatenẽtiũ. aut ſubrogati ipſa victualia noſtra appreciant atq̃ vendunt officiarijs noſtris ipſa nobis debentibꝰ multo minori precio quam valeãt. volentes indemnitati noſtre prouidere inhibemus hoc edicto dictis theſaurarijs noſtris ac eoꝝ ſubrogatis ne deinceps ipa victualia noſtra cuiq̃ officiarioꝝ noſtroꝝ vel alteri appreciare vel vẽdere preſumãt niſi in preſentia preſidentis magiſtroꝝ ⁊ auditorũ cõputorũ nr̃oꝝ aut duoꝝ ex ipſis q etiam ſine theſaurarij vel eius ſubrogati preſentia venditiones ſeu appreciationes ipſoꝝ victualiũ nr̃oꝝ facere nõ attemptent huiuſmodi ſup. venditiones ſeu appreciatiões fieri ꝓhibemꝰ niſi prius facta fide debita ꝑ officiariũ talia victualia emere volentẽ in ſcriptis relatu plurium



plurium fide dignoꝝ ꝓboꝝ loci ſui offici de vero valore eorũdẽ victualiũ tunc communi ⁊ curreñ.

¶ De commiſſarijs ⁊ receptoribus extentarum domini.

¶ De qualitate officio ⁊ iuramento ipſorum commiſſariorum.

Commiſſarios ſcribas ⁊ receptores extentarum ſeu recognitionum nr̃orum fiſcaliũ homagiorũ feudorũ nobilium ⁊ ignobilium emphitoſum directorumq̃ dominiorũ necnon talearum cenſuũ ſeruiciorũ tributoꝝ ⁊ viſagiorum quorumcunq̃ pſonaliũ ⁊ realiũ nobis debitorum per nos aſſumi ⁊ conſtitui volumus ⁊ decernimus cum deliberatiõe preſidẽtis magiſtroꝝ ⁊ auditorum computorũ noſtrorũ viros prudentes ꝓbos fideles ex ſubditis noſtris in arte notariatus: ⁊ preſertim circa cõtractus extentarum practicos ⁊ bñ ſtillatos ad quorum ſtillum ⁊ officium pertinere decernimus ipſas extentas ſeu recognitiões cũ omni veritate ⁊ ſolicitudine recipere ⁊ ad plenum in libris noſtris inde reddẽdis in ꝓthocollare ſignare et in formam publicam reddigere ꝓut per nos fuerit eis iniunctum ⁊ cõmiſſum modis ⁊ ſub ſalarijs ꝑ nos in lr̃is ſuaꝝ cõmiſſionis ſeu cõſtitutionis aſſignatis ⁊ declaratis. Quos ⁊ quẽlibet eoꝝ cum ad huiuſmodi officium aſſumẽt aſtringi volumus ſolẽni iuramento ad ſancta dei euangelia in manibus canzelarij noſtri preſtando q̃ ipſi commiſſarij ſeu ſcribe ⁊ receptores in exercendo dictum officium patrimoniũ ⁊ iura noſtra fideliter ⁊ diligenter perquirent non diminuant nec augebunt in preiudicium alienum neminẽ iniuſte opprimẽt compellent vexabunt vel grauabunt dona vel munera quecunq̃ recognoſcentibus ſeu negociãtibꝰ in manibus ipſoꝝ cõmiſſarioꝝ ꝑ ſe vel iterpoſitas pſonas nullatenus recipiẽt vel exigent publice vel occulte etiã gratis oblata niſi eſculẽta ⁊ poculẽta q victus quotidiani cauſa paucis diebꝰ ꝯſumi poſſint. Statuta noſtra ac cetera omnia ipſius ꝯmiſſionis ⁊ receptionis extentarũ officiũ concernentia fideliter ⁊ diligenter exequentur ⁊ pro viribus obſeruabunt. Contrarium vero facientes ab huiuſmodi officio ſine reſtitutione quacunq̃ ſe nouerint ipſo iure deponendos.

¶ Cõmiſſarij nõ ſalarient̃ ſeu premientur in principio ſue commiſſionis ſed in fine.

Ut diligentiores reddant̃ dicti commiſſarij noſtri ſuper executiõe dicti ſui officij Statuimus q̃ nulla ipſis cõmiſſarijs ſalaria ſeu premia laboris in principio exercitij ſue commiſſionis aſſignent̃ ſeu dent̃. ne ſub ſpe lucri captandi circa predictaꝝ. extentaꝝ noſtrarũ breuem expeditionem negligentes ſe exhibeant ſed duntaxat finitis complectis ⁊ in dicta camera noſtra cõputorum redditis extentis ſibi cõmiſſis. Necnon ꝑ ipſos preſidentem magiſtros ⁊ auditores cõputorum noſtroꝝ examinatis ⁊ diligẽter verificatis ſi plus vel minus reſpondeãt quã extente precedentes. Et tũc in ipſa redditione extentaꝝ nouaruꝫ ⁊ veterũ cum ſuis extractis fieri decernimus ⁊ volumus dictis cõmiſſarijs ꝑ nos ſatiſfactionem congruẽtem de ſuis laboribus ⁊ expenſis in receptione ⁊ ꝓſecutione ipſarum extentarum ſibi commiſſarum ⁊ cõpletarum per ipſos comiſſarios ſupportatis ad taxationem ⁊ moderationem dictorum preſidentis magiſtrorum ⁊ auditorum computorum noſtrorum.

¶ De prefixione temporis ad ipſas extentas cõplendas eiſdẽ cõmiſſarijs facienda.

Aſſumpto per nos quolibet dictoꝝ commiſſariorum noſtroꝝ ad predictum officiũ ſtatuimus ⁊ volumus. q̃ preſidens magiſtri ⁊ auditores cõputorũ noſtrorũ prefigant ⁊ determinent eideꝫ commiſſario antequam ſua cõmiſſione vtat̃ tempus congruum ⁊ debitum infra quod ipſas extentas nouas reddere debeat in dicta camera noſtra computorum integras ⁊ completas vna cum extentis antiquis: ⁊ extractis earum in eadem camera ſibi traditis pro informatione iurium noſtrorum prout eiſdeꝫ preſidenti magiſtris ⁊ auditoribus conſideratis quantitate ⁊ qualitate perſonarum recogniturarum ⁊ alijs circunſtantijs melius videbitur expedire.

¶ Nulla noua commiſſio fiat illi qui mondum prioreꝫ compleuerit nec ſibi liceat alienam commiſſionem aſſumere.

Nullam commiſſionem nouam extentarum cuiquam commiſſariorum predictoruꝫ fiendam fore decernimus qui priorem commiſſionem ſibi factam nõdum compleuerit. ⁊ de ea cũ reſtitutione ipſaꝝ extentarum nouarum ⁊ veterum in dicta camera noſtra computorum plenam rationem nõ reddiderit ꝑ ipſos preſidentem magiſtros ⁊ auditores approbatam ⁊ concluſam. ¶ Et ne dicti commiſſarij noſtri a ꝓſecutione continua extentarum noſtrarum ſibi commiſſarum ꝓpter alias occupationes impediant̃ ipſis omnibus ⁊ ſingulis commiſſarijs extentaꝝ noſtraꝝ quãcũq̃ receptionem alienarum extentarum quarũcunq̃ tẽpore noſtre ſibi facte commiſſionis fiendam penitus interdicimus. Sub pena priuatiõis dicti officij atq̃ ſalarij ſibi inde debendi niſi hoc faceret de noſtra licentia ſpeciali.

¶ De euocatione informatione ⁊ compulſione recogniturarum.

Pro noſtrorum indemnitate ſubditorum iubemus dictis cõmiſſarijs noſtris extentarum quatenus hoĩes feadatarios emphitheotas ⁊ alios nobis recognoſcere debẽtes corã ſe ad recognoſcẽdũ nobis faciãt pſonaliter euocari ꝑ caſtellanos miſtrales aut alios officiarios nr̃os locoꝝ quos ad hoc facilibꝰ ⁊ cum minori expenſa ipſoruꝫ recogniturorum poterunt mittere ⁊ habere. ſtatuentes q̃ ipſi commiſſarij



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

noſtri dictos recognituros poſtꝙ̃ preſentialiter ad ipſos commiſſarios acceſſerint ſtatim ⁊ ſine quacun-
ꝗ̃ dillatiõe informẽt de ⁊ſup his q̃ ab ipſis petent nobis recognoſci. Qui ſi recognoſcere poſt huiuſmodi
informationem recuſauerint eos ad recognoſcendũ ea que nobis iuſte retineri videbunt̃ per caſtellanos
ſeu alios officiarios noſtros locorũ cogi ⁊ compelli viriliter faciant: niſi forſan ipſi recognituri voluerint
⁊ dixerint ſe velle edire noſtram preſentiam. Quo caſu dicti cõmiſſarij tales ad nos vel noſtrum nobiſcũ
reſidens cõſilium recurrere volentes cogere deſiſtant: eoſꝗ̃ relaxent prefigendos eis cõgruũ terminũ in
fra quem cõmode valeant nos vel noſtrũ conſilium adire ad ꝓponendum vel ꝓducendum qcq̃d volue-
rint verbo vel ſcriptis. Qui ſi forſan a nobis vel cõſilio noſtro predicto redeuntes aliquod per lr̃as nr̃as
vel dicti cõſilij nr̃i ſecum reportent remediũ: tunc dicti cõmiſſarij pareant mandato. Si autem tales re-
currentes: ⁊ nullum mandatum vel remedium reportãtes cogant ſeu cogi faciant predictos caſtellanos:
aut alios locorum officiarios ad recognoſcendum nobis ea in quib⁹ ſecundum informationes: ⁊ titulos
noſtros iuſta tenebuntur iuſticia mediante. Predictis autem commiſſarijs inhibentes ne occaſione dicte
relaxationis ſeu ꝑfixionis termini predicti ad nos vel conſilium noſtrum recurrentibus conceſſe ſeu infor
mationis de iuribus: ⁊ titulis nr̃is ſibi facte vel fiende qcq̃ etiam gratis oblatum petere ⁊ exigere ꝑſumãt:
Sub pena dupli accepti per quẽlibet commiſſarium contrafacientem cõmittenda: ⁊ fiſco noſtro applican
da vltra reſtitutionem recepti ei a quo receperit ꝑ ipſum recipieatem faciendam.

¶ Quilibet cõmiſſarijs exhibeat bis in anno ſuũ ꝓthocollũ in curia camere cõputorum.

VT conſtare poſſit de diligentia commiſſarioꝝ predictorum: ſtatuimus ꝙ̃ qlibet ipſorum commiſſa
rioꝝ bis in anno ſua commiſſione durante teneatur preſidentem magiſtros: ⁊ auditores computoꝝ
nr̃orũ de ſua diligẽtia per exhibitionem ſui protocolli extentarum ſub commiſſariũ: ⁊ ꝑ eum receptaꝝ in-
formare. Sub pena. lx. ſolidoꝝ fortium ꝑ quẽlibet commiſſarium hoc facere negligentem committẽda: ⁊
fiſco noſtro applicada. Et ſi dicti preſidens magiſtri: ⁊ auditores computorũ in predictorum ꝓthocolloꝝ
extentarum viſione: ⁊ examinatione quenꝗ̃ ex dictis commiſſarijs negligentem. aut alias inſufficientem co
gnouerint hoc ſtatim nobis ſignificẽt: vt talis negligens vel inſufficiẽs ab ipſo officio ꝑ nos deponat̃. Et
alius idoneus cum ipſoꝝ preſidentis magiſtrorũ: ⁊ auditorum computorum deliberatione ad huiuſmodi
extentas complendas ſubrogetur.

¶ Cõmiſſarij nihil recipiant a nobilibus recognoſcẽtib⁹: ⁊ per collationem extractuum.

VAſſallorum nr̃oꝝ a nobis feuda nobilia tenentium idemnitatem procurantes ſtatuendo prohibe-
mus dictis commiſſarijs nr̃is extentarũ ne pro collatione quaternoꝝ ſeu extractuũ recognitionum
ipſoꝝ vaſallorũ quo ipſi dictis cõmiſſarijs nr̃is tradere conſueuerunt pro eoꝝ recognitionibus nobis in
manib⁹ ipſoꝝ cõmiſſarioꝝ fiendis ad originalia recognitionum ipſoꝝ vaſſalloꝝ fienda ab eiſdem vaſſal-
lis nr̃is quicꝗ̃ petere vel recipere preſumant nec ipſos vaſſallos compellere ad faciendũ tales extractus
per manus ipſorum commiſſariorum vel clericorum ſuorum: Sed eiſdem vaſſallis liceat fieri facere di-
ctos ſuos extractus per quẽcunꝗ̃ ſcriptorem ſi voluerint dummodo bene fiant. Si vero aliquis vaſſallo
rum dictorum ſeu feuda nobilia a nobis tenentium dictos extractus ſuos fieri ſponte voluerit: ⁊ petierit
per aliquem ipſorum commiſſariorum in quibus manibus debuerit recognoſcere vel per clericum ipſius
commiſſarij: tunc idem commiſſarius pro ſingulo folio papiri parue forme ab vtraꝗ̃ parte ſcripto octo
denarios fortes recipiat dumtaxat: ⁊ non vltra: Sub pena ſexaginta ſolidorum fortium per quemlibet cõ
miſſarium contrafacientem committenda: ⁊ fiſco noſtro applicanda.

¶ De proteſtationibus recognoſcentium ⁊ eorum taxa.

EXactoribus ⁊ exactionibus indebitis viam precludere volẽtes hoc edicto ꝑdictis cõmiſſarijs nr̃is
inhibemus ne quicꝗ̃ preſumant a ſubditis nr̃is recognoſcentibus extorquere pro expenſis ipſorũ
commiſſariorum noſtrorum aut alia cauſa: niſi dumtaxat pro inſtrumentis proteſtationum quas ſepe fa-
ciunt ipſi recognoſcentes quãdo recognoſcũt pro quibus ſi ⁊ quando per ipſos recognoſcentes fiant hu-
iuſmodi ꝓteſtationes: ⁊ inde publica inſtrumenta per dictos commiſſarios ſibi fieri petent̃: tunc ipſi com
miſſarij huiuſmodi inſtrumenta groſſantes ꝓ ſingulo curſu pergameni de lõgitudine vni⁹ pellis motoni
ne oĩno ſcripto lr̃a cõtigua ſex denarios groſſos tantũ recipiãt. Et ſi quid vltra forſan receperint receptũ
tradenti ⁊ quadruplũ fiſco noſtro inferant. Si vero proteſtatiões ꝑdicte in alia forma ꝙ̃ curſus pergame
ni redigant̃: tunc dicti cõmiſſarij noſtri recipiant taxam moderatã. Eiſdem commiſſarijs nr̃is inhibẽtes
ne feudatarios aut emphiteotas nr̃os per ſe vel per alium publice vel oculte cogere vel inducere ꝑſumãt
ad petendum ſibi dari inſtrumenta prõteſtationũ predictarum: Sub pena. lx. ſolidoꝝ fortium per quẽli-
bet commiſſariũ contrafacientem totiens quotiẽs contrafecerit cõmittenda: ⁊ fiſco noſtro applicanda.

¶ De ferijs ſeruandis per commiſſarios in conueniendis reis.

IN commoda ſolidoꝝ auferre cupientes: ꝓhibemus hoc edicto oĩbus ⁊ ſingulis commiſſarijs nr̃is
extentarum ne quis eoꝝ faudatarios ſeu emphiteotas nr̃os cõpellere preſumãt accedere ad nos ſeu
noſtrum



noſtrum cõſiliũ nobiſcum ſeu chamberiaci reſidens aut cameram noſtram computoꝝ: videlicet a feſto pẽ
tecoſtes vſꝗ̃ ad feſtum ſancti michaelis pro negocijs extentarũ: exceptis nobilibus quos omni tempore:
excepto tempore vindemiarum illuc poſſint dicti commiſſarij remittere vel aſſignare cum caſus exege-
rit. Caueant inſuper dicti commiſſarij nr̃i ne quouis faudatarios aut emphiteotas noſtros nobiles aut
ignobiles quocũꝗ̃ tempore ad nos vel cõſilium aut camerã predictos aſſignent ⁊ remittãt: niſi ꝓ iuſta et
rationabili cauſa que talis ſit vel eſſe veriſimiliter appareat: ꝙ̃ ꝑ ipſos cõmiſſarios in locis ſuarũ commiſ
ſiorum commode terminari non valeant: Quod ſi ſecus egerint dicti commiſſarij in ipſo caſu expenſas
ſic indebite aſſignatorum ſeu citatorum ſoluere teneantur.

¶ Commiſſari tradant copiam informationum recognitionum domini tene
mentarijs equare volentibus tributum commune ſine conſtu.

QUia ſepe cõtingit homines feudatarios: ⁊ emphiteotas noſtros a nobis tenere ⁊ poſſidere particu
lariter: ⁊ diuiſim plures res: ⁊ poſſeſſiones ſub vnico ſeruitio ſeu tributo ad quod ipſe res coniun-
ctim ſunt aſtricte: ⁊ ipſum tributũ ipſi tenemẽtarij equare: ⁊ diuidere inter eos non poſſint defectu infor-
mationum nr̃arum penes dictos commiſſarios nr̃os extentarum conſiſtentium: quas ſeu earum copiam
ipſi commiſſarij dictis tenementarijs predictum tributum commune inter ſe diuidere ⁊ equare volenti-
bus ⁊ petẽtibus exhibere ſeu tradere recuſent: niſi muneribus ipſis commiſſarijs prius datis. Statuimus
ꝙ̃ ipſi cõmiſſarij copiã dictorũ informationũ noſtrarum quo ad res ⁊ tributa de quibus agit̃ dictis tene-
mentarijs libere ſine conſtu tradere teneant̃ pro ipſo diuiſione equatione talium tributorum communium
inter ipſos tenementarios facienda. In qua qdem equatione ſi commiſſarij noſtri predicti locorum fue-
rint per ipſos tenementarios requiſiti intereſſe: tunc diligenter ipſi equationi: vt bene fiant ad noſtram: ⁊
dictorum tenementariorum vtilitatem intereſſe teneantur.

¶ Directa dominia communia inter dominum: ⁊ alios ſpecificantur in extentis.

OMnem ambiguitatem: ⁊ obſcuritatem inter nos: ⁊ fideles nr̃os interdum occurrentem: ex eo ꝙ̃ nos
ſepius contingit habere feuda ſeu directa dominia ꝓ indiuiſo cum aliquibus fidelibus ſeu ſubditis
noſtris: ⁊ dicti cõmiſſarij noſtri extentarum: nõ nunꝗ̃ partem ſeu quotam in dictis feudis ſeu directis do
miniis nobis pertinentem eiſdem cum diuiſoribus ſeu cõſortibus nr̃is declarare recuſant ipſos condiui
ſores ſeu conſortes nobiſcum in obſcuritate: ⁊ dubio relinquẽtes in magnũ ipſoꝝ cõſortiũ necnõ tenemẽ-
tarioꝝ rerũ feudaliũ ſeu emphiteoticaꝝ huiuſmodi ꝑiudiciũ atꝗ̃ dãnũ nulla vtilitate ꝓpter hoc nobis ac
cedere quod amputare volentes. Statuimus ꝙ̃ quãdocunꝗ̃ in caſu predicto clare cõſtabit dictis cõmiſ-
ſarijs nr̃is in quorũ cõmiſſionib⁹ ipſe caſus occurret quota fuerit pars ſeu portio noſtra in huiuſmodi feu
dis ſeu directis dominijs cõmunibus veras informatiões ſeu legitimas documẽta. Tunc ipſi cõmiſſarij
eandẽ partẽ portionem nr̃am in extentis nr̃is ſup feudis: ⁊ directis dominijs predictis: necnon rebus in
de mouentibus recipiẽdis ſpecificare ⁊ declarare teneantur: ſic ꝙ̃ nulla dubietatis vel obſcuritatis inter
nos ⁊ fideles ſeu ſubditos noſtros veſtigia relinquantur.

¶ Compoſitiones extentarum fiant per conſilium ſiue extra: tractari autem
prius poterunt per commiſſarium.

SUbditorum noſtrorum grauaminibus occurrere volentes. Statuimus hoc edicto: ꝙ̃ cõpoſitiones
ab extentis nr̃is preuenientes deinceps cõplete nõ fiant ꝑ dictos cõmiſſarios nr̃os extentaꝝ: ſed dũ
taxat ipſe cõpoſitiões cum perſonis quarũ intererit tractent̃ per ipſos commiſſarios ꝓut: ⁊ vtilis fieri po-
terit: ⁊ debebit citra indebitam partis cõponentis leſionem. Et ipſis cõpoſitiõibus tractatis: ⁊ in ſcriptis
ꝑ memoriale redactis eas cõſilio nr̃o nobiſcũ reſidẽti dicti cõmiſſarij plenarie referãt vt ibi recipiãt ipſas
cõpoſitiones ſi ⁊ prout fuerint debite tractate concluſionem oportunam. Si vero minus debite tractate
fuerint: tunc errata in ipſis tractatibus per conſilium noſtrum reparentur: Et eiſdem conſilio: ⁊ commiſ-
ſarijs noſtris. Inhibentes hoc edicto ne in ipſis cõpoſitionibus eas tractando vel concludendo faciant
drulias: ſeu aliquod extra huiuſmodi ſed compoſitionum factarum quantitates integra in litteris noſtris
inde fiendis exprimantur.

¶ In auditione cauſarum extentarum procurator ⁊ aducatus ⁊ fiſcales euocentur.

QUia q̃ſtiones ⁊ cõtrouerſie inter dictos cõmiſſarios nr̃os extentaꝝ: ⁊ feudatarios noſtros ex orte
ratione extentarum noſtraꝝ tractari ⁊ decidi ſolent coram altero cõſilioꝝ noſtroꝝ nobiſcum: ⁊ chã-
beriaci reſidentium: aut in camera nr̃a cõputoꝝ vt huiuſmodi cauſe melius diſcernant̃. Statuimus ꝙ̃ in
ipſaꝝ cauſaꝝ audiẽtia deciſiõe: ⁊ diffinitione ꝓcuratores nr̃i fiſcales nobiſcũ: ⁊ chãberiaci reſidentes: vel
coꝝ alter ſeu loci: in quibus huiuſmodi cauſe tractabunt̃: necnõ aduocat⁹ noſter fiſcales quotiẽs fuerit ex
pediẽs ꝑ auditores ipſaꝝ cauſaꝝ euocent̃: ⁊ ipſe cauſe cũ omni ſolertia ⁊ ſũmaria deciſiõe terminent̃. ⁊ ſi
fuerit ꝑ reos q a ꝑdictis commiſſarijs nr̃is ad recognoſcendum nobis impetent̃ cauſarũ ipſaꝝ ꝓſecutio ⁊
diffinitio: tunc liceat ipſis cõmiſſarijs eoſdem reos ad recognoſcendũ compelli facere ea de qb⁹ legitime

ipſos ꝑ nobis informabūt:niſi a nobis vel auditoꝝ cauſaꝝ p̄dictarū altero aliud habuerit in mandatis.

¶ De monetis ⁊ monetarijs domini.

¶ Declarat dominus ſe ⁊ ſuos heredes non debere deteriorare monetas ſuas:ſed potius meliorare videlicet ſaltem in preſenti valore confirmare.

Preſenti irrefragabili declaramus edicto ꝓ tributoꝝ ⁊ reipublice nobis cōmiſſe vtilitate perpetua nos inclitoſq̄ heredes ⁊ ſucceſſores noſtros nunq̄ velle nec debere monetas nr̄as auri vel argenti ſeu aliorū metallorū deteriorare vel minuere in futurum a liga:⁊ valore modernis:ſed potius eas meliorare ⁊ augere:vel ſaltem in ipſis liga ⁊ valore modernis eas perpetue manutenere:⁊ conſeruare.

¶ De qualitate officio:⁊ iuramento monetariorum.

Monetarios nr̄os videlicet magiſtros generales:⁊ ordinarios particulares gardas ſeu cuſtodes:⁊ operarios nos decet habere:⁊ aſſumere viros fideles:probos:prudētes:⁊ in arte monetarum metallorūq̄ noticia cōprobatos:⁊ exptos ac in facultatibus idoneos. Ad quoꝝ officium ſpectare decernimus monetas nr̄as auri:⁊ argenti ac ceterorum metallorum fabricare in liga:valore:pōdere:menſura:forma:⁊ figura per nos:⁊ nr̄os ſucceſſores ſibi determinatis:⁊ determinandis eaſq̄ ſindere decenter:⁊ equaliter in qualibet ſpecie denarioꝝ quātum fieri poterit:ne ꝓpter inequalitatē pōderis det̄ malignātibus ipſa monetas nr̄as occaſio trabucadi:eaſq̄ ſub forma rotūda nō fixa:ſed itegra bene cudere:ſicq̄ figure caracteres:⁊ ſcripture ibidē impenſa clare appareāt ab omni mixtura illicita ſophiſticatiōe:⁊ falſitate metallorū ⁊ monetaꝝ p̄dictaꝝ in ſuis debitis:pōdere:liga:⁊ valore ſtudioſe p̄cauere:nullas cōuenticulas ſeu illicitas cōgregatiōes cum alijs monetarijs forentibus vel intereſſe certa deteriorātiōe ipſaꝝ monetaꝝ facere ſeu illis intereſſe. Cū aūt aſſument dicti monetarij:videlicet eoꝝ qlibet iuxta gradū ſuum ad ſancta dei euangelia in manibus canzelarij nr̄i ſolemniter iurabūt oīa ⁊ ſingula premiſſa:ac alia in lr̄is ⁊ ſcripturis nr̄is ordinationes:⁊ regulas ꝑ nos factas ⁊ fiendas circa fabricā monotarū noſtraꝝ deſcriptas Sub penis ibidē trāſgreſſoribꝰ ipſaꝝ regulaꝝ ⁊ ordinationū ipoſitis fideliter:⁊ diligēter ſeruare ⁊ adimpiere:ac a ꝓhibitis ⁊ ꝓhibendis in illis precauere. Et de oībus ⁊ ſingulis huiuſmodi monetariatus officiū cōcernētibus ꝑ eos:⁊ quēlibet eoꝝ negociatis:⁊ expeditis circa illud iuxta predictas ordinationes et regulas noſtras factas ⁊ fiendas in camera noſtra computorum ⁊ veram rationem reddere.

¶ De preſidente magiſtris:auditoribus:⁊ receptoribus ſeu ſcribis cōputoꝝ domini.

¶ De q̄litate officio ⁊ iuramēto preſidentis magiſtrorum ⁊ auditorū cōputorum.

In camera noſtra computorum eſſe decernimus:⁊ volumus vnum preſidentē treſq̄ magiſtros,⁊ auditores ipſorum cōputorum noſtrorum viros prudentes ⁊ probos fideles in arte carculatiōis ⁊ computandi:ſtilloq̄ dicto curie camere:⁊ i facultatibus idoneis per nos conſtituendos ſub ſalarijs competētibus in litteris noſtris ſuarum creationum declaratis:Ad quorum officium pertinere ipſoſq̄:⁊ ipſoruꝫ quemlibet cum aſſument proprio iuramento in manibus canzellarij noſtri ad ſancta dei euangelia p̄ſtando:aſtringi decernimus hoc edicto iura noſtra patrimonialia fiſcalia:⁊ alia quecunq̄ diligenter in auditione ⁊ examinatiōe computorum perqrere ⁊ illeſa ſeruare. Omneſq̄ ⁊ ſingulos officiarios nr̄os ad reddendum cōputum ⁊ rationem ſue adminiſtratiōis obligatos in redditiōe ſuoꝝ cōputoꝝ:⁊ alios quoſcunq̄ in dicta camera noſtra negociaturos benigne:⁊ iuſte tractare ⁊ audire cōputa ⁊ negocia eoꝝ diligēter examinare:⁊ q̄ breuiꝰ poterint expedire i loco ipſiꝰ camere pſonaliter ⁊ cōtinue reſidere:niſi qn̄ aliquē vel aliquos eorū ꝓ noſtris vel ſuis negocijs ab huiuſmodi reſidētia duxerimꝰ excuſandos. Nulla quoq̄ dona vel munera ab officiarijs noſtris vel quibuſcunq̄ alijs perſonis in dicta camera noſtra negociantibus per ſe vel interpoſitas perſonas etiam ſi gratis oblata recipere niſi eſculenta ⁊ poculenta que victus quottidiani cauſa paucis diebus expendi poſſint. Nullas conuenticulas ſeu parcialitates inter ſe ipſos vel contra quemcunq̄ alium vel alios in dicta camera facere vel tenere:nemineq̄ huiuſmodi officij exercitio iniuſte opprimere vel grauare. Et generaliter oīa ⁊ ſingula que ad ipſum officium preſidentie magiſtratus:⁊ audientie cōputoꝝ noſtroꝝ incombunt fideliter:⁊ diligenter exercere ſtatutaq̄ noſtra p̄dictuꝫ officium cōcernentia ac ordinationes:regulas ipſius camere noſtre ꝑ nos factas:⁊ fiendas ꝓ viribus obſeruare. Et per ſcribas ſeu receptores dictorum computorum noſtrorum obſeruari facere.

¶ De numero officio:⁊ iuramento ſcribarum computorum noſtrorum.

Decem ſcribas ⁊ receptores predictoꝝ computoꝝ in dicta camera nr̄a:adeſſe volumus:⁊ ordinamꝰ hoc edicto ꝑ nos cum deliberatione dictorum preſidentis magiſtrorū:⁊ auditorum aliorūq̄ ſcribarum cōſtituendos viros fideles:⁊ notarios publicos bene ſcribentes in arte carculationis:⁊ computandi ſtilatos:⁊ expertos moribuſq̄:⁊ honeſtate vite cōprobatos. Ad quorū officium ſpectare decernimus in dicta camera noſtra cōputorum horis ſolitis ſingulis diebus nō feriatis cōtinue reſidere:cōputos ſibi diſtributos ad ſcribendum:⁊ recipiendū vere:⁊ fideliter ſcribere ipſoſq̄:⁊ cōputantes breuiter expedire ſine cōſtu iuxta regulas:⁊ ordinatiōes nr̄as nouiſſime ſup hoc editas:nullum genus donoꝝ vel muneꝝ a

quocunq̄



quocunq̄ cōputorum ſeu quocunq̄ negociante in dicta camera preter eſculenta:⁊ poculenta victus quottidiani cauſa paucis diebus conſumenda recipere vel exigere in eadē camera pacifice ⁊ qete ſine murmuratiōe ⁊ altiloquio ſedere:⁊ negociari:nullas p̄cialitates ſeu diuiſiōes inter ſe facere vel fouere:nullaſq̄ iniurias verbo vel facto adinuicē cōferre vel iferri ꝓcurare:Sed potius fraternitatem:⁊ cōcordiam viciſſim ſeruare negocia nr̄a ſecreto tenere:iuraq̄ nr̄a illeſa ſeruare dictiſq̄ p̄ſidēti:magiſtris ⁊ auditoribꝰ qc qd inde fierint q̄ primum ad ipſorū ſcribarū noticiam deuenerit reuellare:necnō commiſſionibus iniunctionibus:⁊ p̄ceptis ipſoꝝ preſidentis magiſtrorum ⁊ auditorum officiū ipſius ſcribanie ⁊ negocia noſtra cōcernētibus tanq̄ nobis parere:⁊ obedire ſtilum regulas ⁊ ordinationes dicte camere noſtre per nos factas ⁊ fiēdas ac ſtatuta noſtra preſentia:ceteraq̄ omnia:⁊ ſingula ad p̄dictum ſcribanie receptionis dictorum computorum officium incōbentia inuiolabiliter obſeruare. Super quorum omnium:⁊ ſingulorum premiſſorum obſeruantia ipſos ſcribas:⁊ eoꝝ quēlibet cum per nos aſſument ad ipſum officium publicū:⁊ ſolemni iuramēto aſtringi decernimus ad ſancta dei euangelia in manibus canzellarij noſtri preſtādo. Et vt ad ipſa oīa fideliter exequenda reddant ſe dicti ſcribe promptiores ipſos ſcribas:⁊ ipſoruꝫ quēlibet ſalariatos per nos decenter eſſe volumus ſtipendijs in litteris noſtris ſuarum creationum declaratis.

¶ De duobus clauigeris crote domini:eorūq̄ officio ſalarijs ⁊ iuramento.

Duos ex predictis decem ſcribis ſeu receptoribus computorū noſtroꝝ decernimus per nos eligendos:⁊ cōſtituēdos clauigeros ⁊ cuſtodes:vnū videlicet crote:⁊ archiuoꝝ noſtroꝝ in qbus lr̄e:⁊ inſtrumenta ⁊ informatiōes nr̄e reponunt̄:alterū vero archiuoꝝ ſeu nr̄oꝝ armarioꝝ in qbus originalia cōputorum noſtrorum ſeruent̄ cum de liberatiōe dictoꝝ preſidentis magiſtrorū auditoꝝ ac etiā ſcribarū dicte camere noſtre cōputorū viros maturos:graues:prudentes:ꝓbos:ſecretos:⁊ fideles. Ad quoꝝ officia ſpectare decernimus claues dictorū crote archiuorū ⁊ armariorum:necnō oīa ⁊ ſingula inſtrumenta litteras informatiōes cōputorum documenta:⁊ iura noſtra ibidem recondita fideliter:⁊ diligenter obſeruare:⁊ cuſtodire frequenter viſitare:⁊ diſponere ne ꝓpter ineptā cuſtodiā pereant vel putrefiant ea q̄ nobis ⁊ cōſilijs noſtris nobiſcum:⁊ chamberiaci reſidentibus preſidentiq̄ magiſtris:⁊ auditoribꝰ cōputoꝝ noſtroꝝ quotiēs ſciuerint vel viderint expedire reuelare:⁊ exhibere ꝓ iuribꝰ nr̄is:⁊ alienis obſeruādis:Copiaſq̄ ſeu vidimus aut extractis iuxta mandata nr̄a vel alterius cōſilioꝝ p̄dictoꝝ:aut ordinationē dictoꝝ preſidentis magiſtroꝝ:⁊ auditoꝝ computorū:⁊ nō alias inde facere:⁊ nūcijs:⁊ officiarijs nr̄is necnō commiſſarijs extentaꝝ nr̄aꝝ:atq̄ alijs qbus opus erit:⁊ ꝓut per nos vel dicta cōſilia nr̄a ſeu preſidentē magiſtros:⁊ auditores cōputorū:mādatum vel ordinatum fuerit ſumptibꝰ nr̄is:vel eoꝝ moderatis expedire. Originalia vero ipſaꝝ litterarū inſtrumētorum informationum computoꝝ:⁊ ceterorum documentorū nr̄oꝝ inde nunq̄ extrahere:⁊ cuiq̄ tradere vel exhibere:niſi de mādatis:⁊ ordinatiōe ſupradictoꝝ. Oiaq̄ ⁊ ſingula alia fideliter exercere que ad cuſtodiā reuelatiōem ⁊ celationē dictarū crote archiuoꝝ armariorū tituloꝝ iurium:⁊ informationū nr̄aꝝ ꝑtinent ⁊ incumbunt. ¶ Sup qbus omnibus ſupredictis:⁊ ſtatutis nr̄is officium ipſorū clauigerorū ſeu cuſtodum concernentibus:ac alijs ipſi officio incōbentibas vltra articulos iuramenti p̄dictos ſcribas cōputoꝝ noſtroꝝ vt prefert̄ ordinati fideliter ⁊ diligēter exercendis:⁊ obſeruandis dictos clauigeros ſeu cuſtodes aſtringi volumus:⁊ iubemus:quando per nos ad huiuſmodi officium aſſument̄ ꝓprio:⁊ ſolemni iuramento in manibus canzellarij nr̄i p̄ſtando: Pro quorum quidem clauigerorū laboribus decernimus:⁊ volumus ipſos clauigeros:⁊ eoꝝ quēlibet ſtipendia congrua vltra ſalaria ſua ratione ſcribanie dictorum computorum ſibi debita per nos dari ⁊ aſſignari.

¶ De diſtributione computorum equaliter:⁊ debite facienda.

Ne quis ſeu aliq ex dictis decem ſcribis ſeu receptoribus cōputoꝝ nr̄oꝝ certa diſtributione ipſoꝝ cōputorum:aut aliarū ſcripturarū incombentium indebite:⁊ equaliter onerent̄. Statuimus hoc edicto:q dicti decē ſcribe inter ſe vel p̄fati duo clauigeri:aut alij de gremio ipſoꝝ ſcribaꝝ ꝑ ipſos decem ſcribas cū ordinatiōe dictorū preſidentis magiſtroꝝ:⁊ auditorū cōputorū eligendi diſtributiōeꝫ equā:⁊ rōnabilem oīum cōputorū ⁊ ſcripturarū ad ipſos cōputos:⁊ officium dictorum ſcribarum ꝑtinentiū faciant ipſos cōputos ⁊ ſcripturas omni odio:timore:fauore:vel amore:poſtpoſitis inter ipſas decē ſcribas equaliter diuidēdo ⁊ diſtribuēdo. Et ſup ipſa diſtributione debite facienda vt p̄fertur p̄ſtent ⁊ p̄ſtare teneātur dicti electi quādo eligent̄ in manibus preſidentis ſi p̄ſens fuerit:ſin autem in manibus alterius dictorum magiſtrorū ⁊ auditorum cōputorum corporale iuramentum:q ſi forſan ſuper dicta diſtributione diſcrepantias quandoq̄ inter diſtribuentes euenire cōtigerit ipſas diſcordias omnino ſedari:⁊ ſopiri dictorū preſidentis magiſtrorum:⁊ auditorum arbitrio decernimus:⁊ iubemus.

¶ Scribe negligentes computos expedire in expenſis officiariorum inde grauatorum condemnentur.

Ad parcendum ipoꝛtunis officiarioꝝ noſtroꝝ cōputos reddentium laboribus:⁊ expenſis:ſtatuimus q ſi ⁊ quotiens dicti officiarij nr̄i vel eoꝝ aliqs de neglig ētia:⁊ nimis lenta expeditione dictoꝝ ſcri

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. МЕЧНИКОВА

barũ:aut alterius eorũdam cui vel q̃bus facte fuerint diſtributiones huiuſmodi cõputoꝝ cõquerentur er
ga dictos preſidentem magiſtros:⁊ auditores ipſi preſidens:⁊ magiſtri auditis partibus ſi repiant illos
ſcribas fuiſſe:⁊ eſſe nimis moroſos:⁊ remiſſos in ipſa expeditione cõputoꝝ ſibi diſtributoꝝ: nec ſup hoc
iuſtã ⁊ probabilem excuſationẽ ſe habere dixerint:⁊ ꝓbauerint ipſi ſcribe tales ſcribas negligẽtes in ex/
penſis officiarioꝝ nr̃orum p̄dictoꝝ inde grauatorum ꝓ rata tẽporis dicte negligentie condemnent:⁊ cõ
demnatos ad ſolutionem ipſarum expenſarum damna paſſis faciendam compellant.

¶ Preſidens magiſtri ⁊ auditores cõputoꝝ de reſeruatis põtati de maiori ſe non immi/
ſceant. De breuioribus vero cauſis poterunt ſe intromittere ⁊ eas decidere.

QUia negocioꝝ varietates ⁊ inuolucra negociãtes ⁊ negocia q̃ꝫ plurimũ ĩpediunt. Statuimus ꝙ di
cti p̄ſidẽs magiſtri ⁊ auditores cõputoꝝ noſtroꝝ nullas cãs criminales vel ciuiles etiã patrimoniũ
vel fiſcum noſtrum concernẽtes maiores iudiciariãqꝫ indaginem atqꝫ ordinem exigentes audire; vel de
eis ſe imiſcere p̄ſumant:ſed ipſas tales cauſas ad eos delatas alteri conſiliorum noſtroꝝ nobiſcũ ⁊ cham/
beriaci reſidentiũ ꝓut eis melius videbit̃ expedire vna cum ꝓceſſus ⁊ meritis ipſaꝝ cauſarum ⁊ informa
tiõibus noſtris eas concernentibus p copias vidimus:vel alias ꝓut opus erit remittãt audiẽdas ⁊ diffi/
niendas. Minores vero ⁊ breuiores cauſas quas ſine iudicioꝝ anfractibus ⁊ ſtrepitu decidi poſſe vide/
rint ipſis p̄ſidenti magiſtris ⁊ auditoribus cõputoꝝ licitum ſit audire ⁊ ſummarie terminare. Et inſuper
ipſis p̄ſidenti magiſtris ⁊ auditoribus:interdicimus hoc edicto:ne de aliquibus albergamẽtis inueſtitu
ris laudimijs confirmationibus firmis noĩe noſtro fiendis: necnon de bãnorum ſeu delictorum cõpoſitio
nibus ſeu marciationibꝰ deqꝫ eorum remiſſionibus ſeu gratijs cuiqꝫ fiendis:exceptis pauperibus ⁊ miſe
rabilibus quo ad bãna tantũmodo ceteriſqꝫ cõtractibus ſeu negocijs patrimonij vel fiſci nr̃i alienationẽ
ſeu diminutionem cõcernentibus de officiorũqꝫ noſtroꝝ cõſtitutionibus vel depoſitionibus ſe deinceps
intromittant. Sed in omnibus ſingulis cauſis ⁊ caſibus p̄dictis pſonas ad eos recurrentes ad nos remit
tant vna cum aduiſamentis ⁊ deliberationibus ipſorũ preſidentis magiſtrorum ⁊ auditorum in ⁊ ſuper
ipſis negocijs ad nos remiſſis inter eos habitis quoniam in ⁊ ſuper ipſis cauſis:⁊ caſibus expediendis
nobis inſolidorum ſpecialem poteſtatem reſeruamus hoc edicto.

¶ Lapſo viginti annorum interuallo fiant computi particulares.

NE lapſo temporis ⁊ ſcripture breuitate pereãt vel minuant̃ iurium noſtroꝝ negocia ſtatuimus hoc
edicto ꝙ lapſo.xx.annoꝝ interuallo:oẽs computi noſtri caſtellanorũ ⁊ quorũcunqꝫ alioꝝ officiario
rũ ad computandum obligatorum renouent̃:⁊ fiant particulares ſup extentis: ſeu recognitionibus nr̃is
tunc nouiſſime completis:quas p prius diligenter examinari:iubemus in dicta camera noſtra computo/
rũ:⁊ videri an reſpondeãt extentis ⁊ cõputis p̄cedentibus vel ne:⁊ an in illis compoſitionibus inde factis
fuerint p cõmiſſarios noſtros ipſarũ extentarum nouaꝝ appoſita noua ſeruitia vel tributa:aut aliqua de
tracta ſup noſtris feudis ⁊ directis dominijs vt omnibus circunſtãtijs p̄miſſis ⁊ alijs opportunis diligen
ter ponderatis ⁊ diſcurſis,per dictos preſidentez magiſtros ⁊ auditores vocatis ſcribis noſtris ipſius ca
mere:ſeu aliquibus ex eis in talibus magis expertis predicti computi particulares fieri valeant cum om/
ni veritate ⁊ iurium noſtrorum ⁊ aliorum idemnitate.

¶ Pena officiariorum negligentium exequi executiones ſibi factas in computis.

NEgligentiam caſtellanoꝝ ⁊ alioꝝ officiariorũ noſtroꝝ ſtatutis ſibi diebus ad computandum coraz
p̄fatis p̄ſidenti magiſtris ⁊ auditoribus cõputorum noſtroꝝ comparere:⁊ iniũctiones ſibi factas in
eorũ computis p̄cedentibus circa recuperatiões arraragiorum ⁊ aliorum adimplere negligentiuz penas
ſibi ꝓpter hoc impoſitas incurrẽtium ꝓpulſare volentes vt decet:ſtatuimus hoc edicto ꝙ omnes ⁊ ſin/
gule pſone ex cauſis p̄miſſis vel alias iuſtis:dictis caſtellanis vel alijs officiarijs noſtris:vt prefert̃ in ſuis
computis impoſite ⁊ per eos ex negligentia cõmiſſa vna cum arraragijs p̄dictis ad onus recuperationis
ipſorum caſtellanoꝝ ſeu officiarioꝝ noſtroꝝ ex tenore dictorũ computorũ ſuorum precedentium ptinen/
tibus in computis talium officiariorum negligentium titulis ⁊ locis opportunis ante ſummã totius rece
pta apponant̃ dictis p̄ſidenti magiſtris ⁊ auditoribus alicuius ex dictis officiarijs neglĩgẽtis huiuſmodi
penas p eos cõmiſſas remittendi in totum vel in ptẽ auferentes hoc edicto poteſtatem huiuſmodi remiſ
ſionem vel deductionẽ penarũ nobis ſpecialiter reſeruantis:niſi plene cõſtaret ipſis p̄ſidenti magiſtris ⁊
auditoribꝰ predictos officiarios noſtros circa iniunctiones ſibi factas in dictis eorũ computis preceden
tibus debitam feciſſe diligentiam:quo caſu ipſorum officiariorum iuſtam ⁊ euidentem excuſationem eiſ/
dem preſidenti magiſtris ⁊ auditoribus relinquimus admittendam cum remiſſione deductione ſeu mo/
deratione penarum predictarum commiſſarum ſi ⁊ prout eis equum videbitur.

¶ De ferijs ſeruandis ⁊ kalendario feſtorum apponendo in camera computorum.

CUltum diei dominice ⁊ feſtorum precipuorũ in dicta camara noſtra computorum ſicut in alijs cu/
rijs noſtris ⁊ tota patria noſtra ſeruari ⁊ ſolemnizari iuſſimus volẽtes ſtatuimus hoc edicto fieri p
dictos



dictos preſidentem magiſtros ⁊ auditores cõputorum noſtrorũ vocatis rectoribus eccleſiaruz parochia
lium ville noſtre chamberiaci vnum kalendarium apertum publicũ ⁊ ſpacioſe ſcriptũ in vna mẽbrana p
gameni:in quo deſcribant̃ oẽs dies feſtiui ſolẽnes in ſtatuto nr̃o gñali de ⁊ ſup cultu feſtorũ ſupius edi/
cto libro primo deſcripti:⁊ alij ſi q in predicta villa noſtra chamberiaci publice ⁊ cõiter coli ⁊ ſeruari ſint
conſueti aut ordinati:ipſumqꝫ kalendarium in valuis dicte camere noſtre computorum vel alibi loco pa
tenti ⁊ decenti affigi:vt ipſi dies feſtiui ab oibus in dicta camera noſtra preſciãtur:⁊ ab omni negociatio
ne ceſſetur in illis ⁊ ſolemniter celebrentur.

¶ De duobus libris in camera noſtra computorum continue fiendis
tenendis:⁊ frequenter viſitandis.

DUos libros in camera noſtra computorum p̄dicta continue fieri ⁊ teneri volumus ⁊ iubemus: In
quoꝝ primo oĩa ⁊ ſingula patrimonij ⁊ fiſci noſtri iura ⁊ cõmoda cõcernentia p dictos preſidentez
magiſtros ⁊ adiutores:necnon ſcribas ſeu receptores computorum noſtrorum vel eorum alterum ſeu al/
teros aduiſata ſeu reperta ad memoriam eoꝝ deſcribant̃:⁊ deſcripta ſepe p ipſos p̄ſidentem magiſtros ⁊
auditores reuoluant̃ ⁊ viſitent̃ ad debitãqꝫ pſecutionã ⁊ effectum loco ⁊ tempore cõgruis deducant̃. In
altero vero libro magne forme oẽs ⁊ ſingule concluſiones:⁊ remanẽtie computorũ omnium ⁊ ſingulorũ
officiariorũ nr̃oꝝ cauſis ⁊ finitis ipſis cõputis diligenter ⁊ vere regiſtrent̃:ad ſciendum quantum ex ipſis
cõcluſionibus nobis p cõputantes debeantur vel nos ipſis cõputantibus debeamus.

¶ In titulo computorum redditorum ſuper donis ⁊ ſubſidijs domino factis
deſcribatur ipſa cauſa donorum vel ſubſidiorum.

UT ratio p̄teriti ſcire faciat futura ꝑpetuo:ſtatuimus edicto: ꝙ dum ⁊ quotiens caſtellani ⁊ officia/
rij noſtri cõputabunt nobis in predicta camera noſtra de aliquo dono vel ſubſidio gratuito ꝓ ſemel
nobis p ſubditos noſtros vel quoſcũqꝫ alios vniuerſaliter vel particulariter nobis facto vel ꝯceſſo p ipos
caſtellanos ſeu officiarios exacto p̄dicti p̄ſidens magiſtri ⁊ auditores dictoꝝ cõputoꝝ inſerãt ⁊ inſeri titu
lo huiuſmodi cõputorũ recepto cuiuſlibet doni ſeu ſubſidij cãm ipſius doni vel ſubſidij iuxta formã ⁊ te/
norẽ lr̃arum nr̃arum dantibus ipſum donũ vel ſubſidiũ ſup ipſa doni vel ſubſidij cõceſſione confectarũ.

¶ Reuocentur regule preterite camere computorum his ſtatutis contrarie
nouarum regularum edictione ſibi domino reſirmata.

UT nulla repugnantia ſeu contrarietas inter ſtatuta noſtra preſentia ⁊ regulas p̄teritas dicte came/
re noſtre computorũ ſi que ſint huiuſmodi facte ſtatutis noſtris repugnantes ſeu contrarie hoc edi/
cto penitus derogamus ⁊ derogatum eſſe volumus eaſqꝫ in omnibus ſuis capitulis punctis ⁊ clauſulis
preſentibus ſtatutis noſtris cõtrarijs expreſſe reuocamus ⁊ caſſamus. In alijs vero non contrarijs eas
inuiolabiliter ſeruari volumus ⁊ iubemus. Condendi nouas regulas in ipſa camera noſtra computoruz
in futurum cũ ipſorum preſidentis magiſtrorum ⁊ auditorum ⁊ ſcribarum deliberatione nobis inſoliduz
ſpecialem poteſtatem reſeruantes.

¶ De mareſcalis ⁊ eorum officio:necnon theſaurio guerrarum.

¶ De qualitate officio ⁊ iuramento mareſcalorum.

SIcut tempore pacis doctoribus iuriſperitis ⁊ alijs ꝓceribꝰ ac iuſticiarijs ꝓ miniſtrãda iuſticia ege
mus de quorum officijs in ſtatutis noſtris precedẽtibus ediximus,ſic tempore belli ſeu guerre ad
protectionem ⁊ tuitionem noſtrã patrieqꝫ ⁊ reipublice nobis commiſſe magiſtris militum qui apud nos
mareſcali nuncupant̃ indigemus p nos aſſumendis viris generoſis in armis ⁊ artibus bellicoſis exerci/
tatis eximijs militie decoratis ad exercitus militares conducendos ⁊ gubernãdos idoneis,quos ꝓpter/
ea in his q̃ ſunt guerrarũ ⁊ belli ceteris oibus militibus ⁊ capitãeis noſtris anteferri ⁊ preeſſe volumus ⁊
iubemus. Ad quoꝝ officium ꝑtinere decernimus auctoritatem curã regimẽ ⁊ ſolicitudinẽ tempore guer
re cõducendi ⁊ ordinandi cũ deliberatione nr̃a ſi preſens fuerimus:Sin autem capitaneoꝝ militũ ⁊ alio
rũ ꝓcerum aſtantium ꝓut ipſis mareſcalis fiendum videbit̃ exercitus nr̃os militares armigeroꝝ equituz
⁊ peditum ſagitariorum magiſtroꝝ bombardarũ ⁊ canonum ac aliarum artiliariarum. omniumqꝫ ⁊ ſin/
gulorũ que ad guerram ⁊ arma ſiue in defendendo ſiue aggrediendo ꝑtinent ⁊ incombunt. Ipſoſqꝫ ma/
reſcalos nr̃os ſcire opportet numeꝝ armigeroꝝ equitũ ⁊ peditũ ac ſagitarioꝝ omniũqꝫ in armis nobis ſer
uire debentiũ ⁊ diſpoſitoꝝ:eorũqꝫ ſtatꝰ ⁊ facultates:necnõ oẽs artiliarias bombardas:canones:baliſtas:
arcus:numerũ ſagittarũ:⁊ viritonum aliorumqꝫ inſtr̃oꝝ bellicoruz. Et inde omnia ⁊ ſingula in principio
guerre:⁊ ante ingreſſum nobis ſerioſe referre vt plenam noticiam de omnibus ⁊ ſingulis nobis ad guer
rã imminentẽ neceſſarijs habeamus:⁊ ſup inde ſciamus ſi ſufficienter numerũ militariũ equitum ⁊ pedi/
tum ⁊ ſufficientiam artilliariaꝝ ſecũdum qualitatem ⁊ onus guerre tũc imminentis habeamus. vt ſi vide
rimus nobis habita non ſufficere de alijs neceſſarijs nobis illico ꝓuidere valeamus, ne quid damni vel
incommodi nos aut nr̃az rempuplicã ex mora vel negligẽtia debitarũ ꝓuiſionũ vel ꝓuiſiõis neceſſarioꝝ

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

guerre ſeu contingere poſſit. Et vt p̄miſſa melius ſciri ⁊ fieri valeant: hoc edicto ſtatuimus ⁊ iubemus om
nibus ⁊ ſingulis caſtellanis nr̄is: ⁊ eoꝝ locuntenentibus. Sub pena trium marcharum argenti puri per
quēlibet eorum negligentem cōmittenda ⁊ fiſco noſtro applicāda. Quatenus quilibet ipſoꝝ caſtellanorū
de quinquēnio in qnquennium nobis ſeu mareſcalis noſtris ꝓ tempore exiſtentibus mittat vel apportet
per verum regiſtrum nomina ⁊ cognomina ſubditorū ſue caſtellanie nobilium ⁊ ignobilium ad arma di
ſpoſitoꝝ ⁊ habiliū equitum ⁊ peditū ac ſagitarioꝝ. ⁊ cuiuſlibet eorum facultatem. Cuꝫ autem per nos aſſu
menf dicti noſtri meraſcali ad huiuſmodi officiū iurabunt ſup ſancta dei euangelia in manibus noſtris
vel canzellarij noſtri. ꝙ huiuſmodi ſibi cōmiſſum magiſtratus officiū militū ſeu mareſcalie officiū ad ho
norem thuitionem ⁊ cōſeruationē noſtri ſtatus. noſtreqꝫ totius patrie ac rei publice fideliter ⁊ diligēter
omni odio metu fauore. prece vel p̄cio poſtpoſitis exercebunt. ⁊ ſtatuta noſtra pro poſſe ſeruabunt.

¶ Mareſcali tēpore guerrarum ſint iudices cauſarum ⁊ negocioꝝ militarium inter armi
geros motarum: ⁊ ipſis mareſcalis omnes debent obedire.

Ipſos autem mareſcalos noſtros iudices ⁊ cognitores omnium ⁊ ſingularum cauſarū ⁊ controuer
ſiarum caſuum ⁊ negocioꝝ militarium inter militares equites ⁊ pedites quoſcunqꝫ tempore guerre
occurrentium. Necnon diſpoſitores omnium ⁊ ſinguloꝝ ad guerram ⁊ bellum incombentium. ⁊ ius mili
tare concernentium iuxta regulas ipſius officij mareſcalie cum deliberatione noſtra ſi preſentes fuerim⁹.
Et nobis abſentibus alioꝝ ꝓcerū exercitus de qbus ipſis mareſcalis videbif expedire. hoc edicto ſtatui
mus ⁊ eſſe decernim⁹ oībus ⁊ ſingulis armigeris: equitib⁹: peditibus: ⁊ ſagitarijs in exercitibus ⁊ guer-
ris noſtris ſeruientib⁹ eodē edicto mandantes. Quatenus dictis mareſcalis noſtris ⁊ ſingulis in oībus
que ſunt ⁊ erunt belli ⁊ guerre mādatis ⁊ ordinatiōibus prompte pareant ⁊ obediant tanqꝫ nobis.

¶ Quod de ſtipendis armigeroꝝ nihil detrahat aut extorqueatur per mareſcalos ſaluis
ipſis mareſcalis iuribus conſuetis.

PRo mercede labore ⁊ ſupportatione expenſaꝝ armigeroꝝ decet ꝓut dignum ⁊ iuſtum. ⁊ volumus
p nos eſſe competēter ſtipēdiatos omnes ipſos armigeros equites ⁊ pedites ac ſagittarios nobis
in guerris ſeruientes iuxta gradus ⁊ ſtatuſ eorumdem. ¶ Que quidem ſtipendia ſingulis eoꝝ ꝓut cōſue
tum eſt ſolui ⁊ expediri volumus ⁊ iubemus p theſaurarium nr̄m guerrarū ex integro. Dictis mareſca-
lis ⁊ theſaurario guerrarū noſtris preſentibus ⁊ futuris inhibentes hoc edicto ne de ipſis ſtipendijs ar-
migerorū noſtrorum quorūcunqꝫ quicqꝫ extorquere exigere ſeu retinere ſibi p̄ſumant niſi quod antiquo
tempore retineri erat conſuetum. Sub pena indignationis noſtre vna cum reſtitutione receptorum ſeu re
tentorum eis a quibus receptum fuerit in quadruplum facienda ſuiqꝫ priuationis officij qui contra hoc
edictum attemptare preſumpſerit.

¶ Quod armigeri vel pedites ac ſagittarij non auferant victualia tranſeun-
do vel munitiones tenendo ab inuitis.

QUia militares debent eſſe contenti ſtipendijs ſibi datis hoc edicto ꝓhibemus omnibus ⁊ ſingulis
mareſcalis capitaneis militibus ⁊ armigeris equitibus ⁊ peditibus ac ſagitarijs nobis in armis ⁊
guerris ſeruientibus preſentibus ⁊ futuris. ne tranſeundo p loca patrie noſtre aut munitiones caſtroruꝫ
villaꝝ aut paſſuum tenendo ſint oneroſi aut dammoſi quibuſcunqꝫ ſubditis nr̄is mediatis ⁊ immediatis:
aut eccleſiaſticis viris ſeu eoꝝ hominib⁹ ⁊ ſubditis nec ab eis victualia vel quecūqꝫ alia bona auferre ſeu
extorquere aut recipere p̄ſumant. niſi ꝙ eis voluerint ſponte et liberaliter dare. Sub pena indignationis
noſtre. vna cum reſtitutione ablatorum ſeu extortorū damna paſſis facienda. ¶ Quoniam ſicut volum⁹
ipſos militares nr̄os eſſe ſtrenuos audaces ⁊ feroces contra hoſtes. ſic eos iubemus erga ſubditos nr̄os
⁊ patrie noſtre incolas eſſe mites ⁊ innocuos.

¶ De officio theſaurarij guerrarum eiuſqꝫ qualitate ⁊ iuramento.

THeſaurarium noſtrum guerrarum aſſumere nos decet virū fidelem ꝓbum cautū ⁊ diſcretuꝫ de pa
tria noſtra natiuum ⁊ in facultatibus idoneum. Ad cuius officiū incombere decernimus durante
guerrarum tempore ⁊ expeditione pſonaliter ⁊ continue mareſcalis noſtris ipſarum guerrarū diſpoſito
ribus aſſiſtere ad ſcribendum ⁊ regiſtrādum in libro ſui officij nomina ⁊ cognomina omnium ⁊ ſinguloꝝ
capitaneorum militum armigerorū equitum ⁊ peditum ac ſagitariorū nobis in ipſis guerris ſeruiētiū.
eorūqꝫ gradus ⁊ ſtatus in quātitate ⁊ qualitate pſonarum ꝓut ⁊ queādmodum ipſi militares ⁊ ſtipendia
rij noſtri p̄dictos mareſcalos in mōſtris eoꝝ erunt vſitati recepti ac approbati. Et inſup ad dictum the
ſaurarij officiū ptinere cenſemus ſolutionem omnium ſtipendiorum dictorum armigerorum equitum pe
ditum ⁊ ſagitariorū ac aliorum ſtipēdiatorum iuxta gradus eorum integraliter ꝓut eis cōſtituta fuerint
de pecunijs nr̄is ſibi p theſaurarium nr̄m generalem traditis iuxta ordinationem dictorum mareſcaloꝝ
facere ſine retentione extorſione donorumqꝫ vel munerū receptione qūacunqꝫ niſi iuriuꝫ mareſcallorum
antiquitus conſuetorū vt iam ſtatutū eſt. Sub pena quadrupli eius quod extorſerit vel retinuerit contra
formam



formam huius edicti. Idem theſaurarius p eum extortis reſtituendi ⁊ priuationis ſui officij. Necnon de
omnibus ⁊ ſingulis geſtis receptis ⁊ libratis in exercitio dicti officij poſt expeditionem cuiuſlibet guer-
re nobis integraliter in camera nr̄a computorū ipſum theſaurarium guerrarum obligatum eſſe ad cōpu
tandū cum reſtōne reliquorum. Cum autem idem theſaurarius ad huiuſmodi officiū p nos aſſumef iura
mentū ſolēne ſup ſancta dei euāgelia in manibus noſtria vel canzellarij nr̄i p̄ſtare tenebif. oīa ⁊ ſingula
in p̄ſenti ⁊ ceteris huiuſmodi tituli capitulis ſuum predictum officium concernētia contēta: ⁊ depoſita: ce
teraqꝫ ad ipſum officiū incōbentia fideliter ⁊ diligenter exercere ⁊ ꝓ viribus obſeruare.

¶ De modo tenendo in monſtris ⁊ rotulis inde fiendis per theſaurarium
generalem guerrarum.

HOnori pariter ⁊ vtilitati nr̄is noſtrorumqꝫ militarium: ⁊ ſtipendiarioꝝ fauere volentes ſtatuimus
hoc edicto: ꝙ in monſtris ipſoꝝ militariū ⁊ ſtipendiarioꝝ noſtroꝝ equitum ⁊ peditum p mareſcal-
los nr̄os nullus ad militādū ſeu in armis nobis ſeruiendū admittaf niſi in equis armis baliſtis arcubus ⁊
ceteris neceſſarijs ad arma exercendū fuerit ſufficienter munitus ⁊ ꝓuiſus ad arma habilis iuxta decen-
tiā ſui ſtatus. Quicunqꝫ vero p̄dictū theſaurariū nr̄m guerraꝝ ibidē aſiſtentem. vna cum alio p nos ſi vi-
derimus expediens fideli adiungendo ⁊ libro dictarū monſtraꝝ cum ſpeciali deſignatione nominū ⁊ co
gnominum graduū ⁊ ſtatuum cuiuſlibet eoꝝ ordinate regiſtrari. Iubemus deinde copiaꝫ ipſius regiſtri
de verbo ad verbū in rotulo factam ⁊ p ipſum theſaurariū ſignatā ⁊ clauſam illico completo dicto regi-
ſtro fieri. ⁊ ſtatim factam mitti ad cameram nr̄am computorum. Et ſi fuerit dicto theſaurario adiunctus
deputatus ipſam copiam idem adiunctus ſignare teneaf cū ſigneto dicti theſaurarij. ¶ Rurſus ad tollē
dā omnis ſuſpitiōis maculam iubemus hoc edicto durante guerraꝝ expeditiōe ſepius fieri p dictos ma-
reſcallos nr̄os ꝓ tempore exercitus p̄ſidentis preſentibus dictis theſaurario adiuncto reuiſiones mon-
ſtrarū predictarum de qualibet reuiſione fieri per dictum theſaurarium cum adiuncto ſcriptum ſeu regi
ſtrum armigerarorū ⁊ ſtipendiariorū defunctoꝝ caſſatorum ⁊ ad p̄tes redeuntium vna cū diebus obituꝫ
caſſationū ſeu regruſſuum eorūdem. Et de huiuſmodi ſcripto ſeu regiſtro copiam ſignatā ⁊ clauſam mo
do p̄dicto ſtatim fieri ⁊ mitti ad camerā nr̄am predictam: vt ſine fraude ⁊ ſuſpitione quacuuqꝫ nr̄a ⁊ ſtipē
dioꝝ noſtrorum negocia in hac parte procedant.

¶ De magiſtris hoſpicij domini. ac eorum officio.
¶ Necnon de ſcriba expenſe ipſius officij.
¶ De qualitate officio ⁊ iuramento ipſorum magiſtrorum.

MAgiſtros hoſpicij noſtri nos decet habere ⁊ aſſumere viros inſignes: fideles: ꝓbos: circunſpectos
ſolicitos: morumqꝫ venuſtate pollentes. Ad quoꝝ officium ſpectare decernimus curam regimen
⁊ adminiſtrationem hoſpicij noſtri ad decorem ⁊ honorem noſtri ſtatus: vt ibi viuaf honeſte ⁊ decenter
ſine indigentia ſineqꝫ ſuperfluitate ſpecialiter habere ⁊ exercere. Magiſtros aule ⁊ panatarie: bottillia
rie: coquina: ſcribam expēſe apothecarum: forerios: lardonerios: formerios: ꝓuiſores: hoſtiarios: ⁊ alios
officiarios: ⁊ ſeruitores officiarioꝝ dicti hoſpicij noſtri: Quos dictis magiſtris hoſpicij ⁊ eorū manda-
tis ſubeſſe volumus ſepe aduiſare ⁊ inſtruere ſup fideli ⁊ diligenti officiorū predictoꝝ ſibi cōmiſſoruꝫ exe
cutione ⁊ eis iniungere ea que ad diſpōnem ſtatumqꝫ debituꝫ ⁊ honeſtū noſtri predicti hoſpicij viderint
eis iniungenda numerūqꝫ officioruꝫ ipſorum ⁊ ſeruitorum ꝓut oneri ⁊ vtilitati noſtri viderint expedire.
moderate aut moderationeꝫ p nos fiendas referre ipſos officiarios ⁊ ſeruitores ne ſint blaſſemi dei ⁊ ſan
ctorū: luſores: meretricū ſectatores: ebrioſi: rixoſi: mendaces aut alias iniurioſi: lubrici: diſcoli: inhoneſti:
frequēter docere ⁊ aduiſare oſtēdenteſqꝫ in illis iuxta gradus pſonarum. primo corrigere verbo deinde
facto iuxta ſtatutoꝝ nr̄oꝝ ⁊ regularum dicti noſtri hoſpicij ſanctiones punire aut incorrigibilitatē eoruꝫ
maxime maiori officiarioꝝ noſtroꝝ vel conſilio noſtro nobiſcum reſidenti referre. Incorribiles ſupfluoſ
qꝫ ⁊ inutiles ſeruitores ab officio expellere. Necnō ipſis oībus ne cibaria vinū. ⁊ alia victualia ipſius hoſ
picij noſtri extra palatiū caſtrū ſeu domū noſtre habitatiōis latenter: vel alias ſine ipſoꝝ magiſtrorū hoſ
picij licentia apportare p̄ſumat ꝓhibere. ⁊ delinquētes ꝓ modo culpe caſtigare orrea. celaria: lardarium:
apothecam ſpecierum ⁊ alia loca in quibus victualia hoſpicij noſtri reponunf ſepe viſitare. Ipſaqꝫ loca
victualibus neceſſarijs muneri ꝓcurare. ꝓuiſioneſqꝫ largas ⁊ neceſſarias ipſoꝝ victualium tēporibus cō
gruis ſumptibus nr̄is facere aut fieri mādare cū effectu. ſic ꝙ dictum hoſpicium nr̄m ſit cōtinue oībus ne
ceſſarijs victualibus pſonis ⁊ equis decenter munitum. Solemnes pſonas ⁊ ambaxiatores curiaꝫ nr̄am
adeuntes ſecūdum gradus eorū viſitare ⁊ viſitari facere. ꝓuidendo ꝙ honeſte logienf ⁊ p hoſpites gra-
tioſe ⁊ curialiter tractenf eis vina ⁊ fercula de hoſpicio nr̄o frequēter offerre ſeu mittere. ¶ Hoſpites lo
ci noſtre reſidētie ſepi⁹ aduiſare ꝙ hoſpites eoꝝ ad curiā nr̄am accedentes honorabiliter recipiāt ⁊ refi-
ciant. ſintqꝫ verbis ⁊ factis eis obſequioſi ⁊ gratioſi. ¶ Et vt ipſi hoſpites recipiētes liberius hoc facere
valeāt ꝓuideāt dicti magiſtri hoſpicij nr̄i: ꝙ noſtri curiales officiarij ⁊ ſeruitores quicūqꝫ ipſis hoſpitib⁹

onera aliqua non īferant domos ſeu cameras aut ſtabularia eoꝝ occupando victualia turbãdo ſeu alias impediẽdo. ¶ Que quidẽ omnia premiſſa ⁊ alia ad officium magiſterij dicti noſtri hoſpitij incombẽtia ⁊ in regulis ſeu ordinationibus ipſius officij factis ⁊ fiendis ſunt ⁊ erũt cõprehenſa: predicti magiſtri hoſpicij noſtri dũ aſſument ad ipſum officium ſup ſancta dei euangelia in manibus canzellarij noſtri iurabũt ꝓ viribus obſeruare. Juramentaqꝫ ipſoꝝ officiariorũ ⁊ ſeruitorum predictorum ſibi ſubiectoꝝ iuxta qualitatem cuiuſlibet oppoꝛtuna qñ ipſos officiarios ⁊ ſeruitores aſſumi continget recipient: ⁊ ipſos ad obſeruationem ſtatutorum noſtrorum officia ſua concernentia debitis remedijs compellent.

¶ De auctoritate ⁊ iuriſditione magiſtrorum hoſpitij.

Quia magnos magna habere decet hoc edicto ſtatuim⁹ ⁊ ordinamus omnes ⁊ ſingulos officiarios ⁊ ſeruitores noſtri hoſpitij in capitulo ꝑxime precedenti deſignatos ⁊ quoſcũqꝫ alios domeſticos ⁊ curiales noſtros exceptis conſiliarijs militibus cambellianis ſcutiferis capellanis: ſecretarijs: ſeruitoribus capelle: pagijs camerarijs: ⁊ mulieribus quorũcunqꝫ ſtatuum exceptis lauatricibus pannorum lineorum ſubeſſe foro diſtrictui iuriſdictiõi: ⁊ imperio dictoꝝ magiſtroꝝ hoſpicij noſtri pro tempore ipſuz magiſterium exercentium videlicet in criminalibus de ⁊ ſuper delictis iniurijs: ⁊ offenſis in noſtris hoſpicio: ⁊ curia commiſſis. de ⁊ ſuper quibus iuriſdictionem punitionem: ⁊ correctionem omnimodam. citra tamen: ⁊ dumtaxat vltimum ſupplicium: membriqꝫ mutilationem dictis magiſtris hoſpicij noſtri ꝓ tempore officiũ exequentibus in predictos ſubiectos ſuos hoc edicto relinquimus atqꝫ damus. ¶ Jn ciuilibus vero dictos magiſtros hoſpicij cauſas: ⁊ q̃ſtiones dictorum officiariorum: ⁊ ſeruitoꝝ noſtroꝝ predictis magiſtris hoſpicij noſtri ſubiectoꝝ īter eos in ꝑdicto hoſpicio motas exceptis cauſis de bonis immobilibus patrimonialibus: aut actionibus realibus rerum immobilium que coram iudicibus ordinarijs ſunt tractande audiende decidende: ⁊ fine debito terminande ſummarie ſimpliciter: ⁊ de plano ſine iudicij ſtrepitu ordine vel figura. ſed ſola factoꝝ: ⁊ negociorũ veritate īſpecta ius vnicuiqꝫ ꝙ ſuũ eſt: aut erit tribuẽdo. Decernimus hoc edicto habere: ⁊ eis cõcedimus liberã poteſtatẽ: vt quiſqꝫ dictoꝝ ſeruitorum noſtrorum breui iuſtitia: aut amicabili compoſitiõe dictorum magiſtroꝝ hoſpicij de ſuis cauſis ſic fideliter: ⁊ breuiter expeditus ſeruiat nobis in leticia: ⁊ promptius exhibeat debitum famulatum.

¶ Prouideant magiſtri hoſpicij ne venatores aut auicularij ſint pro eorum expenſis aliquibus oneroſi.

Prouidentia magiſtroꝝ hoſpicij noſtri inter cetera decernimus incombere taliter diſponere: ⁊ refrenare venatores: ⁊ auicularios noſtros: ꝙ exercendo ſuas venationes aut viſitando ſiluas: ⁊ loca venatica ꝓ expenſis eoꝝ canũqꝫ: ⁊ auium quod ſecũ ducent ⁊ portabunt. ne ſint aliquibus ꝑſonis eccleſiaſticis: ⁊ laycis oneroſi panẽ: ⁊ alia victualia pro ſe ⁊ canib⁹ ⁊ auib⁹ ſuis ab aliquo extorquẽdo capiẽdo aut pecunias vel aliud quodcunqꝫ. ne domos eoꝝ intrent ab eis exigendo ſeu alia quecunqꝫ damna vel grauamina eis inferendo. tales exactiones ſeu extorſiones eiſdem venatoribus: ⁊ auicularijs noſtris preſentibus ⁊ futuris: Sub pena bãnitionis perpetue a noſtro hoſpicio diſtricte prohibentes.

¶ De ſcriba expenſa domi hoſpicij eius officio ⁊ iuramento.

Jnter ceteros dicti hoſpicij noſtri officiarios: ⁊ ſeruitores ſcribam expenſe noſtre ipſius hoſpicij virũ fidelem: prouidum: probum: ⁊ ſolicitum expedit nos habere magiſtro hoſpicij ꝓ tempore magiſterium exercenti continue aſſiſtentem: ad cuius officium ſpectare decernimus omnes: ⁊ ſingulas ꝓuiſiones quorũcunqꝫ victualium ad vſum: ⁊ expenſas dicti noſtri hoſpicij factas: ⁊ obuenientes: necnon totã expenſam ipſarũ ꝓuiſionum ſingulis diebus in eodem hoſpicio nr̃o factam particulariter: ⁊ integraliter in libro dicte expenſe penes eum conſeruando ſcribere: ⁊ regiſtrare. Sicqꝫ ꝑ huiuſmodi regiſtrũ tota expoſitio: ⁊ adminiſtratio dicti noſtri hoſpicij ſciri valeat. ⁊ nihil de cõtingentibus occultari. ¶ Cetera q̃ omnia ad ipſum ſcribarie officium dicte expenſe iuxta regulas ⁊ ordinationes eiuſdem hoſpicij noſtri ꝑ nos factas: ⁊ fiendas: necnon precepta magiſtroꝝ predictoꝝ hoſpicij pro tempore regentium ꝑtinentia cum omni ꝓbitate veritate: ⁊ diligentia fideliter exercere. Super q̃bus omnibus ſic vt prefertur per ipſuz ſcribam exequendis eundem ſcribam cum ad ipſum officium aſſumetur ad ſancta dei euangelia in manibus magiſtri hoſpicij tunc regentis aſtringi volumus proprio iuramento.

¶ De prouiſoribus victualium ad vſum: ⁊ expenſam hoſpicij domini.

¶ De qualitate officio: ⁊ iuramento ipſorum prouiſorum.

Prouiſores victualium ad vſum: ⁊ expenſam noſtri hoſpicij neceſſariorũ expedit nos habere viros prouidos: probos: ⁊ ſolicitos ad merchantiam vitualium expertos: ⁊ in facultatibus idoneos. Ad quorum officiũ decernimus pertinere blada: vina: carnes groſſas ⁊ minutas: caſeos: oua: piſces: ſalſos: ⁊ recentes: oleum: butirum: ſal: ⁊ cetera omnia victualia ad predicti noſtri hoſpicij expenſam neceſſaria in locis ⁊ temporibus cõgruis ad ipſa emenda: ⁊ in quibus melius foruz haberi poterit ꝓuidere: ⁊ emere a perſonis ea vendere volentibus. vel in foris vel in nũdinis publicis ea venalia exponẽtib⁹ iuſtis: ⁊ rationabilibus



nabilibus precijs ꝑ ipſos ꝓuiſores nr̃os eiſdem venditoribus ipſoꝝ victualium ſoluendum. omni violẽtia omniqꝫ extorſione ceſſãte. Emptaqꝫ ad hoſpiciuz noſtrũ cõducere cuz debitis ⁊ examinatis bene per magiſtros dicti nr̃i hoſpicij ꝓ tempore gubernantes. aut eos quibus duxerint cõmitendũ preſente ſcriba expeñ. dicti nr̃i hoſpicij. Et omnia particulariter ⁊ diſtincte regiſtrare numero: pondere: ⁊ mẽſura iuxta ipſoꝝ victualiuz ꝓuiſoꝝ qualitates. Cum autem aſſument ⁊ dicti prouiſores ad ipſum officium eos ⁊ eoꝝ quẽlibet aſtringi volumus: ⁊ iubemus ꝓprio iuramento ad ſancta dei euãgelia in manibus magiſtri hoſpicij tunc regentis: cuius foro ⁊ iuriſdictioni: ſicut ſtatutuz eſt de alijs officiarijs ⁊ ſeruitoribus dicti noſtri hoſpicij: dictos ꝓuiſores ſubeſſe decernimus ſolẽniter preſtando ꝙ omnes ⁊ ſingulas victualiũ ꝑdictoꝝ ꝓuiſiones faciant fideliter: ⁊ probe ſine quacũqꝫ fraude ſineqꝫ omni violentia exactione ſeu extorſiõe grauamine vel oppreſſione venditoꝝ ſuperfluas prouiſiones vel retentiones ſeu ſignatiões animaliũ: ⁊ aliorum victualum non faciant. ¶ Victualia empta quecunqꝫ alteri nõ reuẽdant. aut de ipſis domos ſuas aut macella non muniant ad vendendum: nulla dona munera aud aliud a quocũqꝫ recipient exigent vel extorquebũt. nec alicui ex magiſtris conſiliarijs ſeu officiarijs nr̃i hoſpicij dabunt: ne ꝓpter acceptationẽ ipſi ꝓuiſores in ſuis exceſſibus tolerent. necnon preſentia ſtatuta nr̃a ac regulas noſtri hoſpicij factas: ⁊ fiendas officium predictum dictorum prouiſoꝝ concernentes pro viribus obſeruabunt.

¶ Qualiter in emendo victualia prouiſores ſe debent gerere.

Ad occurrendum dictoꝝ prouiſorum exceſſibus/q̃ committi poſſent/ſubditorũqꝫ incõmodis hoc edicto prohibem⁹ omnib⁹ ⁊ ſingulis ꝓuiſoribus noſtris ne a quibuſcũqꝫ ꝑſonis eccleſiaſticis vel laycis victualia q̃cunqꝫ pretextu dicti ſui officij vel alias quouiſmodo violenter: ⁊ de facto ſubtrahere vel auferre preſumant. Sed potius ipſa victualia ab habentibus: ⁊ vendere volentibus cum gratioſo tractatu ac iuſtis precijs inter ipſos venditores ⁊ emptores: ⁊ concordanter emant. ⁊ de eiſdem precijs ipſis venditoribus antequam victualia empta ſecum deferant vel ducant plene ſatiſfaciant. ſic ꝙ contenti remaneãt/ nihil de ipſis ꝑcijs ſibi vſurpando vel retinendo: aut ab ipſis vẽditorib⁹ ꝓ relaxatione animaliũ vel aliorum victualium ſignatorum vel retentorum extorquẽdo exigendo vel recipiendo. Si vero quando ⁊ quotiens dicti prouiſores noſtri non poterunt cum venditoribus victualium de precijs concordare. tunc ipſi prouiſores recurrant ad caſtellanos ſeu officiarios noſtros locorumue: qui vocatis duobus ex ſindicis: ⁊ vbi non erunt ſidici: duobus alijs probis viris ipſorum locorum vitualia per dictos prouiſores noſtros pro nobis emenda per ipſos ſindicos: ſeu probos viros. aut alios in talibus mercantijs expertos iuſte faciãt appreciari. Et omnia ipſa victualia ſic empta ⁊ appreciata per ſcribas curiaꝝ ſuaꝝ penes ſe faciant in ſcriptis regiſtrari cum ſpeciali deſignatione nominum: ⁊ cognominum venditorum: ⁊ emptorũ: quantitates: ⁊ qualitates ipſoꝝ victualiuz dierũqꝫ ⁊ locoꝝ ipſarum emptionum: copiamqꝫ ipſius regiſtri manu ſcribentis ſignatã nobis quater in anno videlicet intrantib⁹ menſibus ianuarij. Aprilis iulij ⁊ octobris clauſam mittant vel apportent: vt ꝑ hoc ſcire poſſimus ſi q̃d fraudis in noſtrum vel ſubditorum noſtrorum grauamen fuerit in emptionibus dictoꝝ victualium per ipſos prouiſores perpetratũ. ¶ Prohibemus inſuper dictis prouiſoribus ne aliquem vel aliquos ad ſuũ offitium exſequendum loco ſui ſubrogare preſumant: niſi de licentia ⁊ conſenſu magiſtri hoſpicij noſtri tunc regentis: Jn cuius manibus ipſi ſubrogati iuramentum ſuprascritum preſtare tenebuntur. ¶ Si quis aũt dictoꝝ ꝓuiſorum noſtorum vel ſubrogatorum: quos ſubrogatos periculo ⁊ onere ſubrogantium fore decernimus: contra formam ⁊ regulas ſtatutorum noſtroꝝ huius tituli. quicquã facere preſumpſerit vtpote victualia violenter ſeu de facto vendere nolentibus auferendo/ſuperflua emendo. ſignando vel retinendo ſine pretioꝝ iuſtoruz ſolutione ea capiendo ⁊ retinendo: aut ſine contentatione debita venditorum recedendo ipſa victualia alteri reuẽdendo vel ad vſus proprios ad mercandum ſibi retinendo. a venditoribus pro relaxatione animalum vel alioꝝ victualium ſignatorum quicquã extorquendo vel recipiẽdo: munera vel dona quecunqꝫ dando vel faciendo: aut alias ipſa ſtatuta nr̃a quomodolibet tranſgrediendo ꝓqualibet tranſgreſſione decez libraꝝ fortium eo ipſo ſe nouerit incurriſſe fiſco nr̃o perſoluendaꝝ in penam vnam cum reſtitutione dupli omnium oblatorum. ſeu extortorum per ipſos ꝓuiſores. ¶ Et vt circa premiſſa nullus dictoꝝ prouiſoꝝ nr̃oruz ſeu ſubrogatoꝝ ſuoꝝ tergiuerſari valeat volumus. ⁊ iubemus hec ſtatuta noſtra officium dictoꝝ prouiſoꝝ concernentia per ſingulas ciuitates: villas: ⁊ loca inſignia ſinguloſqꝫ bayliuatus patrie noſtre in foris publicis bis in quolibet anno videlicet in primo foro poſt feſtum paſce. ⁊ poſt feſtum omnium ſanctorum voce preconis coram omnibus publicari.

¶ De cambellanis: ⁊ ſcuteferis ſcutiferie domini ac eorum officijs.

Et de eorum qualitate ⁊ iuramento.

Cambellanos ⁊ ſcutiferos noſtros ſcutiferie inter ceteros nobis obſequẽtes decet nos habere: ⁊ aſſumere viros nobiles: ſpectabiles: prudentia: honeſtate: moribus: ⁊ virtutibus ac probitate commendabiles: ⁊ pollentes. Quos ⁊ eoꝝ quẽlibet in eoꝝ aſſumptione iureiurando: ad quod conſiliarij noſtri per

ſtatuta noſtra preſtandum ⁊ in eorum aſſumptione ſunt obligati: aſtringi volumus ⁊ iubemus.

¶ De officio ⁊ auctoritate cambellanorum.

AD officium cambellanorum noſtroꝝ ſpectare cẽſemus hoc edicto curam: ⁊ ſolicitudinem viſitandi
gardamrobam noſtram: ⁊ omnia que ibidem reponunt. Uidelicet iocalia: ⁊ vaſellam auri ⁊ argenti.
veſtimenta. cameras tenſas: tapicerias: pannos ſericeos: lineos: ⁊ laneos. aliaqꝫ vniuerſa habilimenta: ⁊
ornamenta ad ſtatum ⁊ decorem perſone noſtre pertinentia. Exceptis his que ad officiũ ſcutiferie perti-
nere debent inferius declaratis diſponendiqꝫ cũ omni diligentia ꝙ omnia ipſa predicta bene ſecure ⁊
munde conſeruentur. necnon nobis referendi ſi que neceſſaria ad ſtatũ noſtrum ibi deſint: aut propter ve-
tuſtatem vel alias reparatione indigeant: vt defectum ſuppleri faciamus.

¶ Quod omnes ſeruitores camere domini ſubijciantur cambellanis.

OMnes ⁊ ſingulos camere noſtre: officiarios ⁊ ſeruitores. vtpote hoſtiarium: barbitonſorem: ſarto-
res: pelliparios: bordatores: tapicerios: aurifabros: ⁊ eius camere famulos hoc edicto decernim⁹:
⁊ iubem⁹ ſubeſſe preceptis diſcipline: ⁊ correctioni cãbellanorum noſtrorũ predictorum videlicet illius
vel illoꝝ qui pro tempore omnium cambellanie officiũ exercebũt. ¶ Uolentes: ⁊ mandantes eiſdẽ cam-
bellanis quatenus predictos omnes officiarios ſeruientes: ⁊ famulos dicte camere noſtre diligenter: ⁊
frequenter moneant: ⁊ inſtruant ſuper ſingulorũ eorundem officijs: ⁊ oneribus debitis ⁊ cõſuetis ꝑ eos
fideliter exequẽdis. Et maxime circa mondiciam: ⁊ cuſtodiam continuam nr̃aꝝ predictaꝝ camere noſtre
garderobe: retractuum ⁊ repoſitorũ in eiſdem. Auiſentqꝫ dictos famulos ipſius camere ne ipſam came-
ram noſtram vnquã ſine cuſtodia: ⁊ preſentia ſaltem vnius eorũ relinquant nec in noſtra abſentia quenqꝫ
intrare permittant. preter ſcutiferos: ⁊ alios intrare conſuetos. ¶ Omnibus ⁊ ſingulis ipſis officiarijs ſer-
uitoribus ⁊ famulis dicte camere hoc eodem edicto precipientes quatenus predictis cambellanis ipſum
officium cambellanie pro tempore regentibus in ⁊ ſuper concernentibus ipſum officium prompte pare-
ant: ⁊ obediant tanquam nobis. Sub penis per eos cambellanos noſtros negligentibus ſeu inobedienti-
bus imponendis: ⁊ exequendis.

¶ De officio ſcutiferorum ſcutiferie.

SCutiferorum noſtrorum ſcutifarie officio cenſemus incombere hoc edicto pagios nr̃os ad omnes
mores honeſtos necnon ad ea que eis pertinent facienda perſeueranter inſtruere eiſqꝫ de habilia-
mentis perſonalibus eis neceſſarijs expenſis noſtris prouidere. arnexia: ⁊ arma noſtra bellicoſa: vexilla
penones: extendardos: tentoria: papiliones: cophinos: ⁊ omnia alia ad ſtatum guerre neceſſaria nobiſcũ
vehenda. necnon equos ⁊ mulos perſone noſtre ac etiam curruum: ⁊ ſommariorum noſtrorum ipſorumqꝫ
ſellas: brillas: guarniſiones: coperturas: arnexia ⁊ guarnimenta: currus quoqꝫ quadrigas: lecterias: ba-
chuta: valliſias: ⁊ cetera incombentia ſepius ac bene viſitare teneantur vt conſeruentur. Et circa ipſoruꝫ
equorum: mulorum: ⁊ aliorum omnium predictoꝝ decentem gubernationem atqꝫ cuſtodiam inſtructio-
nemqꝫ opportunam circa ea facere. Ipſos quoqꝫ omnes pagios ſũmagiarios armifabros palafrenarios:
ſtabularios: mareſcallos: ſcellarios: quadrigarios: ⁊ alios ſeruitores noſtros ad eadem deputatos conti-
nue: ⁊ maxime dum opus erit monere: ⁊ aduiſare: ⁊ eis precipere inſtructionemqꝫ opportunam circa ea
facere ipſoſqꝫ omnes pagios ſummagiarios: armifaboros. ⁊ alios ſupradictos. ſi ⁊ quotiens in ſuorũ offi-
ciorum executione prout ad quemlibet eorum ſpectabit reperientur negligentes ſeu delinquentes inferẽ-
dis corrigere iuxta perſonarum negligentium: ⁊ delictorum qualitates. ¶ Et ſi per viſitationem predi-
ctam vel alias dictis ſcutiferis noſtris ſcutiferie appareat in dictis equis: mulis: arnexijs: ⁊ ceteris pre-
miſſis ad ſtatum perſone noſtre tam pacis ꝗ guerre neceſſarijs aliqua deeſſe ſeu reparatione egere no-
bis omnes huiuſmodi defectus illico ſignificare: vt ſuper neceſſarijs tempore congruo ſufficienter no-
bis prouidere valeamus. Ambaxiatores quoqꝫ ⁊ alias ſolemnes perſonas curiam noſtraꝫ adeuntes iux-
ta eorum gradus ⁊ ſtatus viſitare ſociare: ⁊ decenter tractare. Et inſuper prouidere ꝙ in camera noſtra
paramenti decenter ſeruiatur de torchijs ſecundum temporum: ⁊ perſonarum occurrentiam. Et de his
⁊ alijs circa huiuſmodi prouiſionem officium magiſtroruꝫ hoſpicij noſtri tangentibus: ipſos magiſtros
pro tempore tangentes aduiſare. necnon in computis qui inde fient per officiarios noſtros dicti hoſpicij
coram dictis magiſtris hoſpicij cum ipſis magiſtris adeſſe. ¶ Et generaliter omnia: ⁊ ſingula ad hono-
rificationem noſtri ſtatus officio ſcutiferie predicte incombentia ⁊ conſueta per nos que ſi ⁊ quando op⁹
erit ordinanda fideliter ⁊ diligenter exercere: ⁊ adimplere. Super quibus omnibus premiſſis: ⁊ alijs in
ſtatutis noſtris huius tituli comprehenſis ipſum officium ſcutiferie concernentibus diligenter: ⁊ fideli-
ter exequendis predictos ſcutiferos nr̃os: cum ad predictam ſcutiferiam aſſumentur aſtringi volumus: ⁊
iubemus proprio iuramento ad ſancta dei euangelia in manibus noſtri canzellarij preſtando.

¶ Cambellani ⁊ ſcutiferi ⁊ ceteri ſeruitores: ⁊ frequentatores camere dominice ſe
abſtinere debent a turpiloquijs: ⁊ verbis inordinatis

quantum gratie



QUantum gratie ⁊ pñſentie noſtre priuationẽ euitare voluerint ꝑdicti nr̃i cambellani: ſcutiferi ſcutife-
rie: officiarij: ſeruitores: ⁊ famuli dicte camere noſtre: ⁊ alij domeſtici noſtri caueant omnino ab
omni adiuratione dei: ⁊ ſanctoꝝ blaſfemia detractione mendatio turpiloquio damni vel nocumẽti cuiuſ-
cunqꝫ ſugeſtione turpiqꝫ vel alia inordinata locutione publice vel priuate corã nobis proferẽdis. Talia
etenim abhorem⁹: ſed ſemper verba honeſta fructuoſã: ⁊ temperate leticie habeãt i labijs ſuis: quoniã ta-
libus delectamur. ¶ Qualiter dicti cambellani: ⁊ ſcutiferi debent procedere ad emendas
prouiſiones neceſſarias ad ſtatum domini.

UT ſine ſuſpitione quacunqꝫ dicti cambellani: ⁊ ſcutiferi noſtri ſcutiferie circa prouiſiones: ⁊ emptio-
nes iocalium vaſelle auri ⁊ argenti: gẽmarum: ⁊ pannoꝝ ſericeoꝝ laneoꝝ ⁊ lineoꝝ veſtium: pagioꝝ
librationumqꝫ nr̃aꝝ generalium: necnõ equoꝝ mulorum ſellaꝝ: arnexioꝝ: ⁊ ceteroꝝ habiliamẽtoꝝ nobis
⁊ ſtatui nr̃o neceſſarioꝝ procedere valeãt. Statuimus hoc edicto ꝙ quando: ⁊ quotiens continget aliqua
ex pñmiſſis velle emere: ⁊ de ipſis nobis ꝓuidere: fiat ante omnia per ipſos cambellanos: ſeu ſcutiferos no-
ſtros: tunc pñſentes qbus duxerimus huiuſmodi emptiones ſeu ꝓuiſiones cõmitendas: vnus rotul⁹ in quo
particulares: ⁊ ſerioſe deſcribant: ⁊ deſignent omnia: ⁊ ſingula emenda cum ipſoꝝ qualitate. Deinde du-
plicet idẽ rotulus: ita ꝙ vnus remaneat penes nos: ⁊ alius ſtatim mittatur ad theſaurarium noſtrũ genera-
lem ꝑ vnum ex caualcatoribus nr̃is vel alium ſecurum nunciũ clauſus vel ipſi theſaurario manualiter tra-
datur ſi tunc fuerit preſens in nr̃a curia. Qui quidem theſaurarius ipſo rotulo viſo diligenter: ⁊ fideliter
ſine dolo inquirat vbi viderit ingrendum a mercatoribus res nobis tunc neceſſarias venales habẽtes de
⁊ ſup ipſis rebus emendis: ⁊ eaꝝ precijs. Et ipſas res diligenter viſitet: ⁊ inſpiciat diſcurrendo ꝑ plures
mercatoꝝ apothecas ſeu receptacula: vt ſcire poſſit a qbus: ⁊ vbi poterunt haberi res meliores: ⁊ cũ melio-
ri foro. Et deinde omnia ⁊ ſingula inqſita viſa ⁊ inſpecta vna cũ precijs ſine dolo cũ vendentib⁹ reſcriptis
nobis ſerioſe reſcribat: ⁊ ad nos veniat perſonaliter relaturus: vt tunc deputemus vnum vel duos de ꝑdi-
ctis cambellanis vel ſcutiferis noſtris ſecunduꝫ negocij exigentiaꝫ: ⁊ noſtrũ bene placitũ ad emendas res
ꝑdictas preſente dicto theſaurario: ⁊ alio vel alijs: ſi quem vel quos eis adiungere voluerimus. Qui cuꝫ
ipſis cambellanis ſeu ſcutiferis noſtris ad hoc deputatis ad precia rerum ipſarum emendarum cuꝫ mer-
catoribus eorũdem moderanda: ceſſãntibus omnibus orulis donis: ⁊ omnibus quibuſcunqꝫ ſiniſtris vi-
ces ſuas fideliter interponant. Quibus quidẽ rebus ſic emptis: ⁊ appreciatis dictus theſaurarius de ꝑcijs
ipſarum rerum venditoribus earum in promptu ſatiſfaciat: ⁊ manualiter volentes: ⁊ ordinantes numera-
tionem: ⁊ traditionem dictorum ꝑciorum rerum emptarũ: necnon facturarum veſtimentorum: guarniſio-
num: bordurarum: ⁊ omium aliarum operationum noſtrarum ſoli theſaurario noſtro predicto pertinere
completis operarijs: ⁊ taxatis per dictos cambellanos ſeu ſcutiferos: ⁊ theſaurarium: ac alios ſi quos cuꝫ
eis duxerimus deputandos vna cum liberatione: ⁊ expeditione expenſarum ipſorum cambellanorum ſeu
ſcutiferorum noſtrorum: ⁊ aliorum iunctorum per tempus quo vacabunt ad premiſſa ipſos cambellanos
ſeu ſcutiferos a palpatione: ⁊ libratione pecuniarum pro premiſſis omnibus exponendarum penitus ab
ſoluentes hoc edicto: vt euitetur circuitus: ⁊ inuolucrum i rotulis: ⁊ in computando de premiſſis: ad quẽ
quidem cõputum inde reddendum ſolum theſaurarium decernimus fore obligatum. ¶ Ad euitandam
inde omnem tergiuerſationẽ circa premiſſa: ⁊ ſimiles pecuniarum noſtrarum implicationes: ⁊ libratiões
ſtatuimus ⁊ volumus ſtatim completis dictis emptionibus: librationibus: ⁊ implicationibus fieri per di-
ctos cambellanos: ſcutiferos: theſaurarium: ⁊ alios ad hoc miſſos vnum rotulum omnes: ⁊ ſingulas res
emptas: ⁊ earum precia: nominaqꝫ mercatorum a quibus empta fuerint particulariter: ⁊ ſpecifice continẽ-
tem: ⁊ ipſum rotulum nobis exhiberi de recenti. Et nihilominus completis operagijs vnum alium rotulũ
per dictos cambellanos: ſcutiferos: theſaurarium ⁊ alios ſi qui ſint adiuncti ſtatim fieri volumus: ⁊ iube-
mus numerum quantitates: qualitates: ⁊ taxationes ipſorum omnium operagiorum vna cum nominibus
perſonarum operantium: ac earum pro quibus ipſa operagia facta erunt ſpecialiter: ⁊ diſtricte continentẽ
nobis illico exibendum. Quos quidem rotulos penes nos remanere volumus duplo eorũdem penes di-
ctum theſaurarium noſtrum remanente: ſuper quo litteras noſtras allocatorias preſidenti magiſtris: ⁊
auditoribus noſtrorum computorum dirigendas dicto theſaurario noſtro concedere debeamus ad intrã-
dum huiuſmodi in ipſius theſaurarij noſtri computatis habita: ⁊ exhibita prius i camera noſtra computo-
rum cõfeſſione de recepta tam a mercatoribus vẽditorib⁹ rerum ꝗ operarijs operagioruꝫ predictorum.

¶ Cambellani ſeu ſcutiferi deputati debent eſſe preſentes in inciſura veſtium: ⁊
fodraturarum: ⁊ reliquias pannorum: ⁊ pellicearum conſeruare.

QUm noſtra ⁊ librationũ noſtraꝝ veſtimenta: ⁊ fodrature ſcindentur dictos cambellanos ſeu ſcutife-
ros noſtros ad hec deputatos preſentes eſſe volum⁹ neqd fraudis vel rapine ꝑ inciſores commiti
valeat: Et quicqd ſuperfuerit de pãnis ſeu pelleterijs nr̃is itegraliter ad gardã robã noſtrã faciãt ipſi cam-
bellani ſeu ſcutiferi nr̃i deportari ⁊ reduci. ¶ Decretoꝝ Dominicaliũ: liber ſecundus explicit.

¶ Incipit Liber Tertius Decretorum
Dominicalium

## ¶ De baronibus banneretis et alijs iuriſdictionem habentibus.

Barones banneretos et alios vaſſallos noſtros merum et mixtum imperium omnimodamq; iuriſditionem altam mediam et baſſam: vel duntaxat mixtum imperium mediamq; vel baſſam iuriſdictionem habentes: quemlibet eorum iuxta modum menſuram et gradum ſue preeminentie et ſtatus conſuete iudices ordinarios ⁊ appellationum eos videlicet qui iudices appellationum habent ⁊ habere conſueuerunt: ad audiendas decidendas cognoſcendas et diffiniendas cāſ et lites criminales et ciuiles: necnon caſttellanos et ſcribas ſeu notarios curiarum ſuarum tam iudicum ꝙ caſtellanorum: miſtraleſq; ſeu ſeruiētes ipſarum curiarum et ceteros officiarios ad iuſticiam in ſuis territorijs et locis ſolitis debite exercendam et miniſtrandam ſecundum ſtatuta noſtra formamq; iuris et conſuetudinis in patria. Hoc edicto ſtatuimus conſtituere et habere viros probos prudentes ad exequenda ſibi commiſſa officia idoneos et expertos: per quos quidem iudices eorum tam ordinarios ꝙ appellationum: caſtellanos et miſtrales / et alios officiarios quoſcunq; omnia et ſingula per nos in ſtatutis noſtris iudicibꝰ caſtellanis et ceteris officiarijs noſtris quibuſcunq; circa audiendas decidendas et diffiniendas cauſas ſententias proferendas ⁊ earum executiones faciendas cognitioneſq; caſtellanoꝝ ipſorumq; ⁊ ſcribaruꝫ curiarum tam iudicialium ꝙ caſtellaniaꝝ exercitia in proceſſibus inquiſitionalibus faciendis bānis poenis ⁊ mulctis imponendis ⁊ declarandis: ipſiſq; ⁊ alijs iuribus noſtris exigendis: necnon circa ipſorum oīum officiarioꝝ noſtroꝝ ꝓhibitas parcialitates illicitas / incarcerationes / detentiones: arreſtationes: extorſiones: drulias: barras: ſayſiuas iniuſtas: aliaſq; oppreſſiones: ac donorum munerum penſionum ⁊ ſportularum exactiones ⁊ receptiones precepta prohibita ꝓut in predictis ſtatutis noſtris continēt pari forma volumus ⁊ precipimus obſeruari: videlicet per eorum quēlibet iuxta modum ⁊ menſuram ſue iuriſdictionis ⁊ dominij. Eiſdem baronibus bānneretis ⁊ alijs vaſſalis noſtris iuriſdictionem habentibus et eorum ſingulis ſecundum modum ⁊ menſuram predictos correctionem ⁊ punitionem predictorum iudicum caſtellanoꝝ ſcribarum miſtralium ⁊ aliorum officiarioꝝ ſuoꝝ de ⁊ ſuper his que ipſi officiarij in ſuorum officioꝝ exercitijs cōmitent ⁊ delinquent: necnon exactionem ⁊ ꝑceptionem poenarum: in quas ipſos officiarios ex non obſeruantia ſtatutorum noſtrorum continget incidere penitus relinquentes: ⁊ ad ipſos barones bānneretos ⁊ alios vaſſallos noſtros iuriſdictionem habentes iuxta modum ſuum: vt prefertur: pertinere hoc edicto decernentes ⁊ volentes vna cum alijs ipſorum baronum bānneretorū ⁊ aliorum predictorum vaſſallorum noſtrorum preeminentijs prerogatiuis ⁊ honoribus quibus per ſtatuta noſtra vel alias derogare ſeu preiudicare non intendimus nec volumus ſuperioritatibus ⁊ reſortis ipſorum baronum bānneretorum ⁊ aliorum predictorum nobis ⁊ noſtris ſemper ſaluis.

## ¶ Iudices baronum bānneretorum ⁊ aliorum iuriſdictionum habentium poterunt cauſas audire ⁊ diffinire in territorijs inmediatis domini: exceptis ſentencijs criminalibus.

Ut facilius ⁊ cum minori expenſa prefati barones bānnereti ⁊ ceteri vaſſalli noſtri iuriſdictionem habentes valeant iudices conſtituere ⁊ habere hoc edicto fauorabili permittimus ⁊ indulgemus: ꝙ ipſi eorum iudices omnes ſingulas cauſas ſubditorum ſuorum ⁊ ad eorum forum pertinentes in ciuitatibus villis opidis ⁊ locis ⁊ territorijs noſtris īmediatis inſignibus vbi copia peritorum haberi poſſit: aut alias ad hoc aptis audire: decidere: cognoſcere: et difinire valeant ⁊ ſibi liceat: exceptis ſententijs diffinitiuis vel interlocutorijs ad torturam cauſarum criminalium: quas ipſi iudices in territorijs ipſarum iudicaturarum proferre teneantur. necnon in ipſis locis territorijs noſtris tutellas et curas dare: citatōes prouiſiones et mandata iudicialia concedere et facere omneſq; actus iudiciales exceptis dictis ſententijs criminalium cauſarum plene et libere exercere.

## ¶ Filij legitimi baſtardorum nobilium non debent deferre cognomen et arma ipſorum nobilium: niſi de licentia capitis illius generis.

Quia naturales ſeu baſtardi baronum bānneretorum et aliorum nobilium patrie noſtre interdum ex legitimo matrimonio procreant liberos legitimos. Et huiuſmodi liberi legitimi dictorum baſtardorum cognomen et arma prefatorum baronum bānneretorum et nobilium a quibus dicti baſtardi deſcēderunt non nunq; vſurpare et ſibi retinere preſumunt in detrimentum honoris et ſtatus ipſorum baronum bānneretorum



⁊ nobilium: cum dicti filij legitimi baſtardorum raro habeant facultates: ex quibus valeant ſtatum nobilium ſuſtinere premiſſam preſumptōem omnibus ⁊ ſingulis filijs legitimis ⁊ naturalibꝰ coniunctim vel diuiſim predictorum baſtardorum penitus de cetero fieri vel acceptari ꝓhibemus: Sub poena centum librarum fortium per quēlibet contrafacientem cōmittenda ⁊ fiſco noſtro applicanda: necnon priuationis cognominis ⁊ armorum contra hoc edictum noſtrum aſſumptorum. Exceptis illis qui in facultatibus ad tenendum ſtatum nobilitatis ſufficientibus habundarent: moribuſq; ⁊ virtutibus pollerent: quos ꝓpter hoc ꝑ maiores generum ipſorum baronum bānneretorum ⁊ aliorum nobilium cum deliberatione alioꝝ vel maioris ptis ipſorum generum ad cognomina ⁊ arma ſua admitti contingerit.

## ¶ Utiles domini reꝝ quas directi domini eaꝝ ꝓbant ſibi fuiſſe recognitas recognoſcere tenentur directū dn̄ni ⁊ canonē coꝝ ipſis dominis directis.

Rempublicam vtiliter regere credimus cum iuris rigorem equitate temperamus. Et quia ex frequētibus vaſallorum ⁊ aliorum ſubditorum noſtroꝝ querellis didicimus. Quod interdum tenementarij poſſeſſores aut vtiles domini reꝝ ſeu prediorum de directo dominio alicuius ſeu aliquorum mouentium ⁊ recognitorum cum canonibus ſeu tributis inde debitis aut eorum heredes ſeu ſucceſſores huiuſmodi res feudales ſeu emphiteoticas alijs perſonis in fraudem dictorum directorum dominorum titulo venditionis: donationis: permutationis: ippotece: albergamenti: vel alio transferre preſumant tacita qualitate directi domini a quo vigore dictarum recognitionū moueri dignoſcunt. Et ſucceſſiue de rebus eiſdem plures tranſlationes ſeu alienationes ſimiles ſepius in alias pſonas fieri contingit: Ex qbus ſequitur dictis directis dominis ipſaꝝ rerū ſic tranſlatarum ſeu directa dominia ⁊ tributa recuperandi: ⁊ recognitōes inde ſibi ꝓcurandi damnoſa difficultas exponentibus vltimis poſſeſſoribus earum contra petitōes directorū dñorum predictorum ad ſibi recognoſcendum ⁊ ſoluendū factas. Et ipſi vltimi poſſeſſores nō ſint heredes ſeu ſucceſſores vltimo recognoſcentium res pdictas: ⁊ ex hoc ſoluere ⁊ recognoſcere recuſantibus. Nos pdictorum directorum dominorū idemnitati ⁊ vtilium dominorū cauillatōibus in hac pte ꝓuidere volentes rei publice vtilitate ⁊ equitate potiuſq; iuris aſperitate penſata iuſtiſq; cauſis ⁊ rōnibus nos ad hec mouētibus. Statuimus hoc edicto ꝑpetuo: ꝙ ſi ⁊ quando cōntinget inter directos dominos ⁊ tenemētarios ſeu vtiles dominos rerū aliquaꝝ ſic: vt pfertur: recognitarum cāſ ſup recognitōibus inde fiendis ⁊ tributis pſoluendis ſuſcitari: ⁊ in ipſarū cauſaruꝫ ꝓceſſibus ipſi directi domini actores legitime ꝓbent ⁊ oſtendant res ipſas, de quaꝝ directo, dominio ⁊ canone cōtendit: ſibi vel alijs quorum cām habēt ipſi actores fuiſſe legittime recognitas: ꝓbentq; reos a quibus petunt tales recognitōes fieri ⁊ eſſe poſſeſſores ipſarum rerū: ⁊ petant eas res ſibi recognoſci ꝑ dictos poſſeſſores iuxta formaꝫ dictarū recognitionū antiquarum. Quis non ꝓbent ipſi actores huiuſmodi directa dominia ⁊ tributa ſibi deberi niſi per recognitiōes ſupradictas tales tenementarij ſeu poſſeſſores rerū huiuſmodi dictis directis dominis ſic: vt prefert: petentibus ⁊ ꝓbantibus: qbus ſeu eorum ſuceſſoribus vniuerſalibus ſeu particularibus i ipſis rebus cām med iate vel imediate habentibus quocunq; ex titulo recognitōis ipſarum rerū facte fueriut: eaſdem res vna cū directis dominijs atq; canonibus ſeu tributis earum iuxta tenorem dictarum primarum recognitionum recognoſcere teneant ⁊ per iudices coram qbus huiuſmodi cauſe vertent condemnent ⁊ cogant abſq; eo ꝙ dicti directi domini realē attemptare acionem: que nimis eſt ad ꝓbandum difficilis: contra dictos poſſeſſores cogant: ne tales poſſeſſores cum aliena iactura locupletari cōtingat: niſi opponeretur ⁊ ꝓbaret contra petitōes dictorum dominorum actorum res huiuſmodi eſſe de directo dominio alterius: vel ipſas res eſſe liberas: vel fuiſſe liberas ꝑ illum vel illos cui vel quibus ipſe res fuerunt recognite: aut per eius vel eorum cauſam habentem vel habentes: aut ipſas res non fuiſſe recognitas per habentem vel habentes illas recognoſcendi ptātem: in quibus caſibus decernimus ipſas cās oppoſitionum per dictos iudices inter ptes diligenter audiri examinari: ⁊ fine debito terminari.

## ¶ Laudimiam nō debet de bonis hereditarijs legatis fideicōmiſſis nec de reꝝ diuiſione: nec qcq; vltra laudimiū exigendū eſt ꝑ culpa: vel alias indebite.

In caſibus vero in qbus laudimium debet exigi a debētibus iuſte cōcedimus abſq; tamen alia extorſione: vel alias indebite quam fieri prohibemus: Sub poena quadrupli eius quod indebite exactum fuerit fiſco noſtro pro media pte: ⁊ ei a quo fuerit exactum pro alia media pte applicanda. Augumētationes vero laudimiorum in quibus eſt conſuetum fieri poſſe ⁊ recipi non vetamus.

## ¶ Res emphiteotice nō cadunt in cōmiſſum ꝓpter ceſſionē ſolutōis canonis ꝑ triēnium: niſi conſtet emphiteotā ſup ſolutione fuiſſe impetitum.

Licet iure ſcripto diſponat emphiteotā ſi ꝑ triēniū a ſolutiōe canonis pro re emphiteotica debiti: ceſſauerit etiam ſuper ſolutione ipſius canonis non impetitum licere directo domino ſi voluerit a predio ſeu predijs emphiteoticarijs repellere: Quia tamen moribus vtentium ⁊ conſenſu in pria noſtra approbatis aliter ⁊ mitius obſeruatum eſſe non ambigitur: in qua tam nos ꝙ ceteri domini directi conſue-



Emphiteota nō cadit canone nō soluto
nisi facta p dnūz monitione siue petitione

nimus ⁊ conſueuerunt habere ſpeciales exactores ad recuperanda ſeruitia ⁊ tributa annualia ⁊ nobis et eis debita deputatos ⁊ ea petenda ab emphiteoticis ea debentibus: qui ea offerre ⁊ ſoluere niſi quando petunt non conſueuerunt: vel niſi ex pacto aut tenore albergamenti ſeu recognitionis teneantur. Statui-mus hoc edicto ꝑpetuo emphiteotas ſeu tenemētarios prediorum ⁊ reꝝ imobilium: quas ⁊ que in emphi-teoſim vel albergamentum ꝑpetuum a nobis vel alijs dominis directis tenere dignoſcuntur ab eiſdem predijs ſeu rebus non debere nec poſſe repelli: nec ipſas res cadere in cōmiſſum propter ceſſationem ca-nonis ſeruitij ſeu cenſus inde debiti: niſi poſt factam monitionem ſeu petitōem ipſis tenementarijs ex pte directoꝝ dominoꝝ in iudicio vel extra: de qua conſtiterit legittime deſoluendo per ipſos tenementarios cenſus redditus ſeu ſeruitia ꝑ eos debitos poſt laſum terminum in quo ſoluere debuerūt ſeruitium ſeu cē-ſum debitum ſeu cēſus debitos ſteterint ⁊ ceſſatum fuerit per triēnium ꝙ non ſoluerint: ⁊ a ſolutione ipſo-rum cēſuum ſeu cēſus aut ſeruitioꝝ ſeu ſeruitij inde debitoꝝ de quo ſeu qbus ſoluendis ipſi emphiteote ſeu tenemētarij extiterint requiſiti: Tunc enim ipſoꝝ emphiteotarum ſeu tenemētarioꝝ exigēte cōtuma-cia ipſos emphiteotas ſeu tenemētarios a rebus ēphiteoticis ꝑ directos dños earumdē: ſi ipſis directis dñis placuerit: fore repellēdos ⁊ repelli poſſe: ⁊ ipſo caſu res in cōmiſſum cadere decernimus.

¶ Cenſus victualium non recuperati tēpore fertilitatis recupari non debent tempore cariſtie: niſi valor ⁊ econtra.

CEnſus redditus ⁊ ſeruitia in bladis: vinis: leguminibus: nucleis: aut alijs victualibus ānualiter de-bitos peti ⁊ recuperari a debētibus ꝑ eos quibus debent: ſeu coꝝ exactores ſingulis annis ēt tēpore fertilitatis ⁊ habundantie ipſorum victualium hoc edicto iubemus: ꝙ ſi forſan ſteterit ꝑ eos quibus debē-tur: ⁊ nō ꝑ debentes recupatio ipſoꝝ cenſuum: ipſi creditores ſeu quibus dicti cenſus victualium debent ſeu coꝝ exactores ſiue noſtri ſiue alieni non poſſint debitores cōpellere in tēpore cariſtie talium victualiū ad ſoluendum ipſos cenſus non recupatos in victualibus: ſed dumtaxat in pecunia ad extimationez ⁊ va-lorem preciorum: in quibus ipſa victualia erant tempore habundantie in quo recupari debuerunt: ⁊ de-bitores ſoluere obtulerunt: ⁊ ſoluendo ipſa ꝑcia dicti debitores ſin a ſolutione dictorum victualium libe-rati: niſi debitores qui tempore habundātie requiſiti ſoluere noluerint ſeu diſtulerint a quibus in eorum cōtumaciā victualia exigi poſſint ēt tempore cariſtie. Et ecōtra debitores talium victualium cenſualium ſi tempore ſterilitatis ⁊ cariſtie ipſa victualia debita ſoluere creditoribus vel eorum exactoribus parati fue-rint vel ſe otulerint. Et ipſi creditores ſeu hi quibus debent ipſi cenſus recupare noluerint vel non cura-uerint: aut eorum exactores cogi non valeant: neqꝫ debeant anno ſequenti vel ānis ſequētibus ſoluere pre-cia ipſoꝝ victualium: que valebant tempore cariſtie: nec aliquid intereſſe: ſed ſoluēdo ipſa victualia in pro-prijs eoꝝ ſpecieb⁹ ipſos debitores: q in mora vel cōtumacia ſoluēdi nō fuerint: liberatos fore decernim⁹.

¶ Cenſus victualium menſurabilium non exigantur niſi cum menſura loci in quo debentur.

OMnibus ⁊ ſingulis caſtellanis ⁊ exactoribus noſtris ⁊ alijs patrie noſtre hoc edicto ꝓhibimus: ne cenſus redditus ſeu ſeruitia annuales nobis vel qbuſuis alijs debitos in vitualibus menſurabilibus exigere preſumāt a debitoribus eorundē: niſi cum veris ⁊ iuſtis menſuris locorum in quibus ipſi cenſus redditus ſeu ſerutia debent. Exceptis ab illis qui ad aliam menſuram ſoluere ſunt obligati aſtricti vel cō-ſueti: Et ab illis nō exigātur niſi ad menſuram veram ⁊ iuſtam ad quam ſunt obligati aſtricti vel conſueti ſoluere: Sub poena decem librarum fortium per quēlibet contra facientem totiens quotiens contrafecerit cōmittenda ⁊ fiſco noſtro applicanda.

¶ De gardijs ⁊ eorum prohibitione: prohibetur omnibus ne aliquos ſubditos noſtros mediatos vel imediatos manentes in patria noſtra recipiant ⁊ ſubditis ne in ſuas ſaluagardias ſe ſubiciant.

CUm omnes ⁊ ſinguli ſubditi noſtri mediati ⁊ imediati: ac alij in pr̄ia noſtra māſiones ſuas fouentes in nr̄is ſaluagardia ⁊ ꝓtectione conſiſtant: hoc edicto ꝑpetuo prohibentibus oībus ⁊ ſingulis ſub-ditis nr̄is cuiuſcunqꝫ ſtatus aut gradus fuerint: ne aliquē vel aliquos ex ſubditis noſtris vtriuſqꝫ ſexus mediatis vel imediatis: aut alijs ſub dominio nr̄o ſeu in pr̄ia noſtra manetibus: ſub ſua ſaluagardia ſeu ꝓ-tectione ſiue annua penſione vel alio tributo dono vel premio perſonali vel reali recipere ꝑſumant. Sub poena decem marcharum argenti puri per quēlibet contra facientē totiens quotiens contrafecerit cōmit-tenda ⁊ fiſco noſtro applicanda. Eodem edicto ꝓhibemus omnibus ⁊ ſingulis ciuibus burgenſibus: no-tarijs: mercatoribus: mecanicis: agricolis: ⁊ alijs ſubditis nr̄is mediatis ⁊ imediatis: aut alijs patrie no-ſtre in colis: ne ſaluagardie aut protectoni cuiuſcunqꝫ ſe ſubicere preſumāt: Sub poena. lx. ſolidorum for-tium cōmitenda ⁊ applicanda ꝓut ſupra. Interdicentes inſuper omnibus ⁊ ſingulis notarijs ⁊ tebellioni-bus publicis ⁊ curiarum iuratis: ne deinceps de ⁊ ſuper huiuſmodi gardis ⁊ garderiorum receptionibus inſtr̄a vel litteras conficiant: Sub poena decem librarum per quēlibet notarium ſeu iuratum totiens quo-tiens contra hoc



tiens contra hoc edictum facere preſumpſerit cōmittenda ⁊ fiſco noſtro applicanda. Et nihilominus oēs ⁊ ſingulas gardas huiuſmodi ſicut iam alias per nos reuocate ſunt: videlicet ille que facte ſunt a tēpore recolēde mēorie dñi aui noſtri paterni ſic hoc edicto caſſam⁹: irritam⁹: nullaſqꝫ ⁊ inanes fore decernim⁹.

¶ Quod officiarij domini nullum debēt recipere ad ſaluāguardiam: ſed refugientes tueri debent.

QUia ad protectionem ⁊ tuitionem omnium ⁊ ſingulorum ſub principatu noſtro conſiſtentiuz ex de-bito ipſi⁹ principatus obligamur ⁊ arbitramur nobis ſufficere tributa annualia a ſubditis noſtris debita: Conſiderantes ex hoc nobis non licere quemqꝫ particulariter ad noſtram ſaluamguardiam ſub annuali penſione vel tributo aut ſine pēſione vel tributo alio ꝙꝫ annuali recipere. Cū generaliter omnes ⁊ ſingulos ſubditos noſtros ⁊ patrie noſtre incolas a violentijs: iniurijs: ⁊ oppreſſionibus illicitis prote-gere debeamus: omnibus ⁊ ſingulis iudicibus: baylliuis: caſtellanis: ⁊ officiarijs ceteris noſtris hoc edi-cto prohibemus: ne aliquē vel aliquos ex ſubditis noſtris mediatis vel immediatis vel alienis ſub domi-nio: ⁊ diſtrictu aliquorum prelatorum ſeu eccleſiaſticorum viroꝝ: aut baronum: bāneretorum: vel alioꝝ iuriſdictionem intra patriam noſtram habētium in guarderios noſtros ſeu ſaluaguardia noſtra recipere preſumant ſub aliquo tributo vel ſine tributo ad tempus vel imperpetuum: Sub pena pro quolibet reci-piente litterā conficiente. xxv. librarum fortium pro qualibet vice cōmittēda ⁊ fiſco noſtro applicanda. Ex-ceptis ſubditis terrarum belli ioci: treuoſij caſtellarij chamberiaci: per hoc tamen prohibere dictis offi-ciarijs noſtris non intendētes: quin omnes ⁊ ſigulos ad eos refugientes pro ſecuritate perſonaruz ſuarū vel bonorum contra potētiores ipſos refugientes offendere minātes vel oſtendētes iuſtitie remedijs ab omni vi violentia ⁊ opere facti tueantur iuxta debitum ſui officij.

¶ De venationibus ⁊ piſcationibus: cuilibet liceat venari ⁊ capere feras damnoſas: exceptis aliquibus temporibus.

LUpos: vrſos: apros: ⁊ alias feras dānificantes vineas: blada: ⁊ ceteros terre fructus cuilibet tam in predijs ⁊ poſſeſſionibus proprijs ꝙꝫ alienis: prout in iure cōmuni diſponitur venari ⁊ capere: ⁊ fru-ctus ſuos ab eis defendere hoc edicto permittimus impune: niſi in locis propinquis noſtre reſidentie: qn̄ in illis per nos ſeu venatores noſtros venationem fieri diſponemus. ¶ Ceruos autem capi per omnes prohibemus a die prima Menſis octobris vſqꝫ ad diem primam mēſis Maij. Alio vero tempore ipſos capi permittimus. Saluis iuribus noſtris ⁊ alienis in dictis predijs ſeu venationibus conſuetis ac priui-legijs conceſſis ⁊ concedendis.

¶ Cuilibet liceat piſcari in aquis ⁊ fluminibus publicis: Exceptis locis ⁊ temporibus piſcariarum domini ⁊ alienarum.

PIſcari ⁊ piſces capere quemlibet permittimus in fluminibus publicis: exceptis in piſcarijs noſtris ⁊ alienis iure ſpeciali ad nos ⁊ eos pertinentibus: In quibus ⁊ eorum locis ⁊ temporibus per quē ꝙꝫ alium piſcari prohibemus. Omnibus piſcari inhibentes cum calce vel cum quouis alio venenoſo mō in aquis proiciendis. Sub pena pro modo culpe arbitrio iudicis infligenda.

¶ De minorib⁹ ⁊ eoꝝ inuentarijs ⁊ quitationibus ꝑ eos factis tutoribus: Inuētaria tutorum curatorum adminiſtratorum ⁊ heredum ꝑ quoſcūqꝫ notarios: Inuentaria vero iura fiſci tangentia per ſcribas curiarum fieri debent.

INuentaria bonoꝝ pupilloꝝ ⁊ minoꝝ adultoꝝ per tutores ⁊ curatores fienda per notarios ⁊ ſcribas curiarum caſtellaniaꝝ noſtraꝝ. ſ. per quēlibet in ſuo officio prout occurrēt ſeu eoꝝ locaten̄. ſine caſtel-lano ⁊ miſtralibus vocatis tribus ſecū de notabiliorib⁹ viris ꝓ teſtibus quos habere poterūt: ⁊ quattuor de agnatis vel cognatis defuncti: vel minoꝝ ſi reperiuntur: alias de propinquioribus vicinis ⁊ amicis eo-rum magis honeſtis probis ⁊ notabilioribus fieri volumus ⁊ iubemus ad ipſorum conſeruationem bono-rum ſalario moderato. Inuētaria vero iura noſtri fiſci vel patrimonij concernētia ꝑ ſolos ſcribas caſtel-lanoꝝ locoꝝ fieri volum⁹ ⁊ iubemus. Caueant autem hmōi inuentaria facientes aut ibidez vocati ⁊ pre-ſentes: ne de bonis inuentarizandis ⁊ ipſorum cōfectionibus inuētariorum ſiue ante ipſam confectionem quicqꝫ inde ſubtrahere preſumant. Sed in ipſis inuentarijs tam noſtris ꝙꝫ alienis omnia bona inuentari-zanda integraliter includant. Sub pena furti per iudices locorum vbi hec committi contingerit ꝓ modo culpe delinquenti ſeu delinquentibus infligenda.

¶ Quitationes facte per minores ſuis tutoribus ſine decreto ⁊ preſentia iudicis irrite ſint ⁊ inanes.

QUitationem ſolutionem vel pactum de vlterius non petendo ſub quacunqꝫ verboruz conceptione ſeu forma per minorem. xxv. annis qui eius tutor fuerit ſine iudicis ordinarij loci dicti minoris pre-ſentia ⁊ decreto fieri prohibentes huiuſmodi quittationes ſolutiones ⁊ pacta ſine iudicum ordinarioruz preſentia ⁊ decreto forſan fieri attemptata nullius eſſe valoris ⁊ momenti hoc edicto decernentes: ipſis



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

iudicibus coraꝫ quibus petentur ipſe ſolutiones quitationes ſeu pacta celebrari: precipientes hoc edicto quatenus anteq̄ꝫ tales quitationes ſeu contractus decernere preſumant prius duos vel tres ex ſpecialioribus cognatis vel amicis dictorum minorum coram ſe ⁊ in actu ipſorum quitationum perſonaliter faciant euocari ⁊ adeſſe: quorum conſilio ⁊ conſenſu dicte quitationes fiant ⁊ decernantur/ alioquin non valeant: omnibus ⁊ ſingulis notarijs publicis ⁊ curiarum iuratis inhibentes: ne de quitationibus ſolutionibus ⁊ pactis de non petendo per minores ſuis olim tutoribus fieri diſpoſitis ſine ſolemnitatibus p̄dictis publica inſtrumenta conficient: Pena dupli eius quod apparebit quitatum per ipſum qui tutor fuerit: ⁊ quitationem alias q̄ꝫ ſtatutum eſt ſibi fieri procurauerit: aut pactū de non petendo iudici contra formam predictam decernenti decem librarum fortium ⁊ notario eam alias recipienti totidem ⁊ talium librarum imminente fiſco noſtro applicanda.

¶ De donationibus venditionibus ⁊ rechatis eorumq̄ꝫ actionibus. Donationes omnium bonorum fiende ſunt a minoribus .xxv. annis in iudicio vel extra inſtrumētum quinq̄ꝫ teſtibus vallatum ex tunc groſſandum infra menſem deinde ſigillandum ſigillo iudicature loci: alioquin non valeat ordinatio.

Malicijs ⁊ concupiſcentijs multorum res ⁊ bona ſuorum proximorum nimis appetentium obuiare volentes hoc edicto prohibemus: ne quis proximum ſuum vel alium minorem vigintiquinq̄ꝫ annis: aut ſimplicem modici intellectus: vel indiſcretum aut prodigum moneat: inſtiget vel inducat per ſe vel per alium ad faciendum ſibi vel alteri donationem de omnibus bonis ſuis ſimplicem vel conditionalem qualemcunq̄ꝫ. Si quis vero taliter monitus inductus vel impulſus: aut ſine inductione quacunq̄ꝫ: ſed motu proprio donationem vniuerſalem omnium bonorum ſuorum ſine quacunq̄ꝫ retentione ipſoruꝫ bonorum vel vſufructuum eorundem inter viuos vel cauſa mortis fecerit ſimpliciter vel ſub conditione extra iudicium ⁊ ſine ſui iudicis ordinarij preſentia: hoc edicto decernimus talem donationem non valere: niſi fiat ⁊ facta ſit in fide dignorum teſtium notorum a partibus: ⁊ partes cognoſcētiū: ſaltem quinq̄ꝫ quorum ad minus duo ſint ex cognatis vel agnatis donatoris preſentia. Omnib⁹ ⁊ ſingulis notarijs: aut curiarum iuratis inhibentes: ne per aliquos rogati recipere tales donationes: ſeu inde confici inſtrumenta publica: vel litteras autenticas: illas ⁊ illa nullatenus recipere: nec inſtrumenta ſeu litteras inde conficere: niſi predictis teſtium qualitate: ⁊ numero roborentur preſumant alioquin non valeant: vt prefertur. Si vero ipſas donationes cum ſolennitate ſupradicta recipi contingat per quemuis notariuꝫ: idem notarius ipſas donationes ſeu donationem ſtatim improthocollare: ⁊ infra menſem a die receptionis inſtrumenti talis donationis numerandum publicum inſtrumentum inde leuare: groſſare: ⁊ in publicam formaꝫ redigere: ⁊ donatario ſeu donatarijs expedire. Ipſiq̄ꝫ donatarij ſeu donatarius iudici ordinario donatoris exhibere teneantur vocato ⁊ preſente donatore ſi commode ad iudicis preſentiam venire poſſit. alias ſine eo preſente notario: ⁊ prothocollum a quo ſumptum fuerit ipſum inſtrumentuꝫ dicto iudici exhibente. Deinde facta collatione ipſius inſtrumenti eiuſdem per dictum iudicem ad dictum prothocollum ipſum inſtrumentum ſigillo iudicature dicti iudicis ſigilletur. Alioquin inſtrumentum nō factum ⁊ ſigillatum modo ſupradicto: ⁊ infra dictum tempus viribus nō ſubſiſtat: nullamq̄ꝫ vim ſeu probationē in iudicio vel extra facere vel habere valeat. Et ſi notarius talis inſtrumenti recepti, infra dictum menſem viam vniuerſe carnis ingreſſus fuerit commiſſarius prothocollorum ſuorum vices ſuas q̄ cicius cōmode fieri poterit ſuppleat arbitrio iudicantis. Donatio autem premiſſa vel alia ſi facta fuerit ob cauſaꝫ meritorum: conſiderationeq̄ꝫ gratorum beneficiorum: ⁊ ſeruiciorum que ſcribentur donatori fuiſſe impēſa illam ſi fuerit omnium bonorum donationem non valere vltra ſummam quingentorum aureorum a iure taxatam: niſi de ipſis meritis aliter doceatur ⁊ appareat modo ſimili cenſemus.

¶ Ementes res aliquas vel aliquam ſub rechato ad certum tempus vel ad vitam aut in perpetuum: ſeu alias qualitercunq̄ꝫ conceſſo nō poſſunt vēdere infra ipſum tēp⁹ niſi vēditoribus vel ſuis. Et ſi vendant res alteri per reuenditionem primis venditoribus vel ſuis reuertentur.

Ex frequentibus ſubditorum noſtrorum nobiliū: ⁊ ignobiliū querelis didicimus ꝙ licet ipſi pro neceſſitatibus eorum vrgentibus releuandis quandoq̄ꝫ vendant alijs: homines: cēſus: redditus: directa dominia ſeu res immobiles ſub rechato ſeu gratia redimendi ipſa vendita eodem precio quo venduntur infra certum tempus vel ad vitam aut in perpetuum: ſeu alias qualitercūq̄ꝫ prout inter ipſos venditores: ⁊ emptores determinatum: ⁊ cōuentum fuerit per eoſdem emptores in cōſtractu ipſarum vēditionū vel poſt ipſis vēditoribus conceſſo ſeu conceſſa. Cū interpoſitione iuramēti: ⁊ alijs clauſulis opportunis: nihilominus huiuſmodi emptores nō expectato tempore lapſi termini dicti rechati: ſed intra dictuꝫ tēpus alijs perſonis q̄ꝫ dictis venditoribus homines: cenſus: redditus: directa dominia aut res immobiles ſic ſub rechato emptas: ⁊ acq̄ſitas iterdū vēdere p̄ſumūt vel alienare in fraudē dicti rechati p̄uaricationē iuramēti ſeu cōuētionis



ſeu conuentionis ipſorum vltimorum venditorū: necnō in magnū dictorum primorum venditorum p̄iudiciū atq̄ꝫ dānum. Nos huiuſmodi fraudibus: ⁊ incōmodis obuiare volētes hoc edicto ſalubri omnibus: ⁊ ſingulis ſubditis noſtris immediatis: ⁊ mediatis qui hactenus emerunt: ⁊ ement in futurum homines: cenſ⁹: redditus: directa dominia vel quaſcunq̄ꝫ res īmobiles: iuraq̄ꝫ ⁊ actiones a quibuſcunq̄ꝫ perſonis nobilibus: ⁊ ignobilibus ſub rechato ad certum tempus conceſſo q̄buſuis alijs perſonis: preterq̄ venditoribus ſuis predictis infra tempora ipſorū rechatorum ſibi conceſſorum eaſdeꝫ res ſic emptas vendere ꝓhibemus. Quod ſi forſan contingat per quēquam contra huius edicti noſtri ſanctionem ipſas res alteri vendi q̄ꝫ primo vēditori ſeu venditoribus aut eorum heredib⁹ ſeu cauſam habentibus in hac parte. Statuim⁹ ꝙ ſecūdus emptor ſeu emptores teneantur ipſas res reuendere precio primo inde dato primis venditoribus ſeu venditori aut eorum heredibus vel cauſam habentibus ſicut primi empores ſeu emptor tenebatur. Et ita de alijs vlterioribus emptoribus intelligi volumus fiendum eodem edicto decernentes res ipſas quotiēſcunq̄ꝫ vendentur intelligi venditas: ⁊ tranſire cum onere: conditione: ⁊ qualitate rechatorum inde cōceſſorum durante tp̄e ipſorum rechatorum: adeo vt primi venditores aut eorum heredes vel cauſam habētes contra vltimos emptores ipſarum rerum eandem redimēdi habeant actionem dicto tempore durante quaꝫ aduerſus primos emptores habebant.

¶ De notarijs ⁊ tabellionibus publicis ac eorum officio.

¶ De qualitate etate ⁊ iuramento notariorum.

Inter artes ⁊ publicam vtilitatem: ⁊ neceſſitatem pridem adinuentas tabellionatus officium circumſpecta hominum prouidentia ſagaciter introduxit: vt humane voluntatis contractus: atq̄ꝫ negocia lapſu temporis in obliuionem fluxura: tabellionum ſeu notariorum publicorū fideli: ⁊ autentica ſcriptura patrocinio longum ſeruarentur in euum ⁊ ad perpetuam memoriam. Cōſiderando igitur hoc officiuꝫ ponderoſum non eſſe omnibus petentibus: ſed dūtaxat idoneis viris cōmittenduꝫ: pro noſtra noſtreq̄ꝫ reipublice idēnitate/ hoc edicto ſalubri/ ſtatuimus ꝙ nullus deinceps p nos imperiali vel noſtra auctoritate in notarium ſeu tabellionē publicum aſſumatur aut creetur: niſi viceſimum etatis ſue annum compleuerit vel attigerit: ſciētiaq̄ꝫ ſaltē grāmaticali: moribuſq̄ꝫ probitate ⁊ diſcretione decenter ꝓuect⁹: ac in ipſa arte notariat⁹ necnō ſcriptura: lectura ⁊ alijs circūſtantijs ad recipienda cōtractuum vltimarum voluntatum ⁊ aliorum negociorum inſtrumenta, eaq̄ꝫ improthocollanda: reſtrigenda: groſſanda: ⁊ in formam publicaꝫ redigenda cōpetenter ſtillatus ⁊ doctus fuerit. Et ſi forſan aliqui altera auctoritatuꝫ apoſtolice vel imperialis: aut ambarū ſe fecerint creari notarios: ne p indiſcretos cōtaminētur vel vileſcat ipſarum auctoritatum conceſſio: reſq̄ꝫ publica ledatur anteq̄ꝫ in locis aliquibus patrie noſtre ipſius officij tabellionat⁹ exercitio ſe ingerant adire noſtram preſentiam: ſeu Cācellarij noſtri aut eius collateralium: vel alterius ſeu aliorum q̄bus examinationem talium duxerimus committendam teneantur. Per quoſquideꝫ cāꝫellariū collaterales ſeu alios cōmiſſarios noſtros ad hec deputatos decernimus: ⁊ iubemus omnes: ⁊ ſingulos notarios: tam per nos creandos q̄ꝫ iam creatos auctoritatibus predictis cum matura diligētia ſuper ſciētia: pratica: diſcretione: moribus ⁊ etate: necnon alijs conditionibus ad officium notariatus req̄ſitis forē ſcrutandos: ⁊ examinandos: per quod quidem examen reperti idonei petentes a nobis creari creentur. Ceteri vero iam creati auctoritatibus predictis ad honorem ſancte ſedis apoſtolice: ⁊ imperialis maieſtatis ac pro vtilitate publica approbentur. Inhabiles vero: ⁊ non idonei repellantur quouſq̄ꝫ effecti fuerint idonei. Quos quidē omnes: ⁊ ſingulos notarios: tam auctoritatibus p̄dictis q̄ꝫ noſtra creatos, ⁊ per cancellarium: collaterales aut alios cōmiſſarios noſtros: ſic vt prefertur examinatos: repertoſq̄ꝫ idoneos ⁊ approbatos in ipſa approbatione aſtringi volumus ſuper ſanctis dei euangelijs in manibus dicti cācellarij noſtri: preſtando iuramento: ꝙ erga ſacroſanctam romanam eccleſiam: ſacrum imperium romanuꝫ: noſq̄ꝫ ⁊ rempublicam noſtrā erunt fideles in recipiendis: recitandis: regiſtrandis: groſſandis: ſignandis ⁊ expediendis inſtrumentis: litteris ⁊ alijs ſcripturis conficiendis: de quibus erunt rogati nihil addito: remoto vel mutato eorum que coram ipſis notarijs inter partes contrahentes ſeu perſonas diſponentes acta: ⁊ geſta fuerint omni probitate: ⁊ veritate vtentur. Litteras vel inſtrumenta de: ⁊ ſuper contractibus vſurarijs publicis: ſimulatis vel velatis monopolis: cōuēticulis: ⁊ alijs quibuſcūq̄ꝫ negocijs doloſis: ⁊ illicitis: vt puta impuberū ſine tutorum preſentia: ⁊ auctotitate furioſorum: mētecaptorum: prodigorum ſine auctoritate: ⁊ preſentia curatorum. Et huiuſmodi cōtractibus deteſtandis vehemēter ſuſpectis nō ꝯficient. nec illis itererūt. Statutaq̄ꝫ noſtra hui⁹ tituli: ⁊ alia officiū tabellionat⁹ ꝯcernētia ꝓ virib⁹ obſeruabūt ſub pe nis ibidē ꝯtētis. declarata vō in hac clauſula iuramēti ſub pena piurij. Et ſi forſan dicti notarij ſic aſſūpti: ⁊ approbati clerici fuerint ſoluti vel ꝯiugati vltra p̄miſſa iurabūt: ⁊ ſub bonorum ipſorum ypothecha ſe obligabūt: ꝙ nobis: ⁊ officiarijs nr̄is in his q̄ ꝯcernūt dictū tabellionat⁹ ſibi ꝯmiſſum officiū: ⁊ in ſolutione ſeu ſupportatione penarum pp obmiſſa vel cōmiſſa circa ſtatuta nr̄a omni exceptione ceſſante obediēt: ⁊ pare būt: ne pp impunitatis ꝯfidētiā ipſos notarios clericos hmōi officio ꝯtigat abuti. Significātes oib⁹: ⁊ ſin

gulis ad exercitiū notariat⁹ anelātib⁹ hoc edicto: ꝙ deinceps nulli cōmittere tabellionatus officiū diſponim⁹ vel intēdim⁹: niſi ſubditis: ⁊ iuriſditiarijs nr̄is imediatis vel mediatis notiſqꝫ idoneis. Et q̄ officij p̄dicti tabelliōat⁹ exercitiū oīb⁹ viris eccleſiaſticis: p̄ſertim i ſacris ordinib⁹ ꝯſtitutis ſicut alia negocia ſecularia a iure ꝓhibentur: ne his implicati minus intēdāt diuinis obſequijs ad que ſingulariter deputant ipſum ius exequēdo. Statuēdoqꝫ inhibem⁹ oībus: ⁊ ſingulis ſubditis noſtris immediatis: ⁊ mediatis: ne de vēditionib⁹: ⁊ donationib⁹: permutationib⁹: locatiōib⁹: quitationib⁹: pactis: ꝯpromiſſis: arbitramētis trāſactionib⁹ ꝯpoſitionib⁹: cōuētionib⁹: ꝓcurationib⁹: ⁊ alijs quibuſcūqꝫ ꝯtractib⁹ noīatis: ⁊ innominatis: ſeu negocijs ſuis ſecularib⁹ inſtrumēta vel lr̄as per p̄ſbyteros vel alios quoſcunqꝫ clericos in ſacris ordinib⁹ p̄ſertim ꝯſtitutos refici vel cōfici petāt vel faciāt. Sub pena viginti ſolidoꝝ fortium per quēlibet ex p̄dictis ſubditis noſtris ꝯtrafacientē totiēs quotiēs cōtrafecerit cōmittēda: ⁊ fiſco noſtro irremiſſibiliter applicanda. Inſtrumenta v̄o teſtamentoꝝ: codicilloꝝ: donationū ex cauſa mortis: ⁊ alias pias cauſas cōcernētia in articulo neceſſitatis. Videlicet cū alius notarius haberi nō poterit ꝑ ipſos p̄ſbyteros ⁊ alios clericos notarios recipi: ⁊ fieri nō vetam⁹. Si v̄o aliquis ex p̄dictis notarijs apoſtolicis: ⁊ imperialib⁹ cōiunctim vel diuiſim ꝑ curiā noſtrā nōdū examinatis: approbatis: ⁊ iuratis ipſius curie receptis: vel ex dictis viris eccleſiaſticis ꝯtra formā hui⁹ edicti noſtri inſtrumēta ſeu litteras in patria noſtra conficere preſumpſerit: ꝑꝑ hoc ipſa inſtrumēta i iudicijs vel extra repellēda tāqꝫ irrita fore nō cēſem⁹ nec intēdimus.

Quod notarij inſtrumēta primo imbreuiēt totā ſubſtātiā notādo. Deīde ad plenū: ⁊ iuxta veritatē ſubſtātie in ſuis protbocollis regiſtrēt infra menſem a receptione cōputandum.

Falſitatibus: ſuſpitionib⁹ inſtrumentorum: ⁊ negligentijs notarioꝝ prouidere ſatagentes ſtatuim⁹ hoc edicto: ꝙ quilibet notarius ſeu tabellio per nos creatus vel curie noſtre iuratus officium tabellionatus in patria nr̄a exercere diſpoſitus cū rogatus fuerit ꝑ pſonas vel partes quarū intererit inſtrumenta vel lr̄as ſuꝑ eaꝝ cōtractibus aut negocijs cōficere. Primo ⁊ ante omnia vocatis teſtibus fidedignis: ⁊ notis ſi fieri poteſt. Videlicet ſeptem in teſtamentis. quinqꝫ in codicillis ſeu donationibus cauſa mortis. quinqꝫ in donationibus inter viuos per minores. xxv. annis factis vt preſtatutum ē ꝯditionibus. In alijs v̄o cōtractib⁹ ſeu negocijs trib⁹ vel ad minus duobus. vbi tres haberi nō poterūt. in recitatione ſaltē preſentib⁹ audiat ſedule partes vel perſonas ipſum notariū rogantes de ⁊ ſuper contractibus: ⁊ negocijs de quibus fieri petierint inſtrumenta vel litteras: ⁊ eas interroget diligenter de omnibus huiuſmodi contractuum aut negociorum circūſtantijs ſic ꝙ plene ⁊ clare facta earum intelligat. deinde totaꝫ ipſorum contractuum ſeu negociorum ſubſtantiam veram in ſuo breuiario notet: ⁊ deſcribat. Et poſtmodum coram partibus ſeu perſonis ac teſtibus predictis ſcripta in dicto breuiario pronunciet: ⁊ recitet ſerioſe v̄bo tenus. Et ſi que recitando addēda: minuēda aut mutanda fuerint ſecundū voluntatem: ⁊ inſtructionem partium vel perſonarum quarū interrerit corrigat: addat vel minuat prout ipſe perſone ſeu ꝑtes in facto dictauerint. Poſtq̄ autē notarius inſtrumenta vel litteras ſic: vt prefertur receperit: ⁊ imbreuiauerit ipſa inſtrumenta vel litteras infra. xxx. dies a die receptionis ipſorum inſtrumentoꝝ vel litterarum immediate: ⁊ continue ſequētes numerandos in protbocollo ſeu libro ſuo autentico ſigno ipſius notarij in principio ſignato ad plenum: ⁊ extenſum regiſtrare teneatur totam negociorum ſeu contractuum materiaꝫ: ⁊ ſubſtantiam ibidem cum pura: ⁊ nuda v̄itate deſcribendo: ⁊ precauendo. Quod ſi forſan prout a partibus ⁊ perſonis pro quibus fiunt huiuſmodi inſtrumenta vel littere frequenter petitur ipſas litteras vel iſtrumenta dictari contingat conſilio peritorum in ipſo dictamine de factorū ⁊ negociorum ſubſtantia: ⁊ v̄itate nihil immutetur. Et inſuꝑ in p̄dicta inſtrumentorum ſeu litterarum regiſtratione ad plenum ⁊ per extenſum deſignent: ⁊ deſcribant in qualibet nota annos domini: inditionem: menſes: dies: loca ⁊ teſtes ſe refferendo ad notas prius regiſtratas. Et neq̄d ſiniſtri poſſit intelligi vel cōmitti ex nimia breuitate ſeu truncatione dictionū ſeu vocabuloꝝ iubemus p̄dictos notarios inſtrumenta ſeu litteras tam in regiſtrando q̄ꝫ in groſſando ſcribere ſeu per ſuos coadiutores ſi quos habeant ſibi datos ſcribi facere ſine nimia breuitate: ⁊ dictionum truncatione propter quā intellectus dictionis poſſit in dubium deduci aut verus ſenſus inmutari. Si quis autē notarioꝝ predictoꝝ ſeu curie noſtre iuratoꝝ in predicta inſtrumentorum ſeu litterarum per eum receptaꝝ infra dictum tēpus regiſtratione ad plenū vt prefertur fienda defecerit penā pro quolibet defectu. xxiiii. ſolidoꝝ fortiū ſe nouerit incurſuꝝ. exceptis ſecretarijs nr̄is cū quibus ꝑꝑ onera eis incōbentia quo ad tēpus regiſtrandi in ſtatutis noſtris tituli eorūdē ē ſupi⁹ diſpenſatū.

Notarij habeant proprias ſtationes. Exceptis ſecretarijs domini: prelatorum: baronum: et receptoribus extentarum nobilium.

Ad honeſtatem officij: ⁊ ſuſpitionem auferendam: que frequenter ex vagatione quorūdam notariorum hincinde diſcurrentium contra tales conſurgit: ſtatuimus hoc edicto: ꝙ notarij publici ſeu curie noſtre iurati habeant proprias manſiones in quib⁹ reſideant ⁊ reperiantur: niſi dum ⁊ qn̄ pro executiōe dicti officij aut alio vtili: ⁊ honeſto negocio extra vacare ſine vacatiōe turpi vel iutili ipſos ꝯtigerit.

In quibus



In q̄bus q̄dem manſionibus eorū locis ſecuris teneant: ⁊ cōſeruēt ſua ꝓthocolla: Eiſdem notarijs: ⁊ iuratis inhibētes ne extra ꝓprium domicilium alteri cuiqꝫ famulando ſeu ſeruiēdo in dicto officio maneant. Exceptis ſecretarijs nr̄is prelatorū: ⁊ baronum: necnon receptoribus extentarū. Ipſorumqꝫ prelatorum ⁊ baronū ac etiam bānerecorum: ⁊ aliorū vaſallorū noſtrorū iuridictiōes: homagia: fidelitates: cenſus: et redditus habentium. Qui q̄dem receptores extentarū dum ſeruiēt dominis ſeu locatarijs ſuis poſſint dūtaxat iſtrumenta recognitōum ſuarum homagiorū fidelitatum inueſtiturarū: albergamentorū: laudimiorum: ⁊ compoſitionum ex ipſis recognitiōibus dependentium recipere: ⁊ conficere. Alia vero inſtrumenta venditionum: donationum: quitationum: locationum: tranſactionum: ⁊ aliorū cōtractuum negocia recognitionuꝫ minime tangentium pro ipſis dominis ſeu locatarijs ſuis recipere vel conficere nō valeāt. Et ſi de facto contra huiuſmodi ꝓhibitionem queuis ex dictis inſtrumentis ꝓhibitis recipere ſeu conficere in fauorem dictorū dominorū ſeu locatariorū ſuorum preſumpſerit illa in iudicio vel extra decernimus non valere nec fidem eis eſſe adhibendam. Caueri mandantes expreſſe per dictos extentarum tam noſtrarū q̄ꝫ alienarum quoſcunqꝫ receptores ſeu ſcribas: ne in recipiēdo ipſas extentas ſimplicitates: et ignorantias multorū recognoſcentium ignorantium differentiam feudorū ab emphiteoſibus vulgariter emphiteoſes feuda nuncupātium: Et forſan credentium inſequantur ſcribendo in ipſis recognitionibus talium ſimplicium feuda pro emphiteoſibus vel contra. vel feudalia pro ſimplicibus. Sed ſecundum veras informationes recognitionum: ⁊ partium documenta inſtrumenta predicta extentaruꝫ omni ſiniſtro poſtpoſito conficiant: ꝙ ſi ſecus actum fuerit omnes tales recognitiones ineptas: ⁊ doloſas recognoſcētibus ſimplicibus: ⁊ ignorantibus nō obeſſe decernimus: in punctis in q̄bus contra veritatem aliquid recognouiſſe reperirentur. Rurſus a predicta manſione ꝓpria per nos fieri decreta exceptos eſſe volum⁹ notarios: ⁊ iuratos nr̄os: qui gratia: ⁊ occaſione diſcendi artem ipſam notariatus cun alijs notarijs ſufficientioribus moram contraxerint: quoniā tales ſunt cōmendandi: ⁊ fauoribus proſequendi.

Quod natarij nō recipiant inſtrumenta in tabernis publicis. nec regiſtrent inſtrumenta debitorum in papiris marcatorum ſeu creditorum.

Ex cauſis ſupradictis hoc edito prohibemus. ne publica inſtrumenta aut lr̄as recipere preſumant in tabernis: ⁊ alijs locis inhoneſtis ad recipiendum: cibandum vel potandum hyſtriones: guloſos: lenones: ebriolos: ⁊ alias inhoneſtas: ⁊ infames pſonas cōſuetis. In alijs vero tabernis ſeu hoſpicijs in q̄bus hoſpites honeſti colligunt: ⁊ conueniri ſoliti ſunt inſtrumenta venditionum: locationm: permutationum: albergamentorum: laudimioꝝ: mutuorum: quitationum: dotium: ⁊ aliorum quorūcunqꝫ cōtractuuꝫ. exceptis donatiōibus i p̄ſentia teſtium hōeſtoꝝ fidedignoꝝ recipi per dictos notarios: ⁊ iuratos noſtros nō vetamus poena priuationis officij notariatus per vnum annum a die receptiōis inſtrumenti cuiuſlibꝫ in tabernis inhoneſtis recepti numerandnꝫ cuilibet notario ſeu iurato noſtro recipienti imminente. Sub eadem poena eiſdem notarijs: ſeu iuratis inhibentes ne contractus mutuorum: aut aliorum debitorum pecuniarium: vel alios quoſcunqꝫ de quibus rogati fuerint recipere: ⁊ receperint inſtrumenta in papiris marcatorum ſeu creditorū regiſtrare: ⁊ ſignare preſumant: Sed dūtaxat in ipſorū notariorū ſeu iuratoruꝫ cōproprijs protbocollis prout ſtatutum eſt: Poterunt tamen in papiris dictorū creditorū ſcribere ad cōmendationem memorie breuia ipſorum debitorum continentia annum. diem ⁊ quantitatem debiti. nominaqꝫ debitorum: ⁊ creditorum cum termino ſolutionis ſine quacunqꝫ ſignatura.

Notario cui coadiutor nō eſt datus nō liceat ꝑ alium notariū quemcūqꝫ facere regiſtrari vel groſſari iſtrumēta ꝑ eum recepta vel ſibi cōmiſſa.

Tabelliones quēcunqꝫ publicum ꝑ ſe ipſum/ manuqꝫ propria omnia ⁊ ſingula inſtrumenta regiſtrare: ⁊ groſſare ac in formam publicam redigere: ⁊ non ꝑ alium ſcriptorem: ſeu notarium quemcūqꝫ hec fieri facere aſtrictuꝫ eſſe decernimus. Niſi ipſi notario datus vel dati fuerint per nos vel per alios ad hoc habentes poteſtatem coadiutor vel coadiutores nominati vel innominati: quos ipſe notarius voluerit eligere. Quo caſu idē notarius ꝑ ipſum coadiutorem ſeu coadiutores ſibi datos poſſit: ⁊ ſibi liceat quecūqꝫ inſtrumēta ꝑ eum recepta: necnon aliorū protbocollorū ſibi commiſſorum (ſi in litteris dationis coadiutorum caueatur) regiſtrari: ſcribi: groſſari: ⁊ in formam publicam redigi facere: exceptis ſignatura ⁊ ſubſcriptione cuiuſlibet inſtrumenti per dictum notarium principalem manu propria faciendis: facta prius collatione diligenti ꝑ ipſum notarium cum ſuo coadiutore ipſius inſtrumenti ſcriptore ad protbocollum originale. In quaquidēꝫ ſubſcriptione. Idem notarius nomen ⁊ cognomen ipſius coadiutoris ſcriptoris eiuſdem inſtrumenti ſpecialiter exprimere teneatur. Sub poena viginti ſolidorum fortium per quēlibet notarium ſeu iuratum noſtrum aliter quam dictum eſt inſtrumenta per eum recepta vel ſibi ad groſſandum commiſſa expedire preſumentem committenda: ⁊ fiſco noſtro applicanda.

de coadiutore notarij

Qualiter protbocolla notariorum defonctorum ſint reolligenda ⁊ commitenda.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

protho cola notarioꝝ difunctoꝝ

Defunctorum notarioꝝ prothocollum: notas: ⁊ regiſtra: ne qd ex eis occultari vel in ipſis machinari valeat: ꝑ caſtellanum loci ſeu eius locũtenentem ſtatim defuncto aliquo notario ſeu iurato nr̃o in ſuis archis vel archiuis in loco tuto ⁊ clauſo ſub ſigillo ſeu ſigneto cereo ipſius caſtellani ſeu loca tenentis recolligi: ⁊ reponi: ac fideliter conſeruari iubemus hoc edicto. Deinde ipſoꝝ prothocolloꝝ ſeu notarum: ⁊ inſtrumentoꝝ ibidem contentoꝝ leuationem: groſſationem: ⁊ debitã expeditionem ꝑ nos vel alios quibus hanc cõceſſimus facultatem filio vel filijs naturalibus ⁊ legitimis defuncti notarijs: ſi qdem vel quos habeat notarios: vel curie noſtre iuratos: quos ceteris omnibus volumus anteferri cõmiti ⁊ cõmittẽdas fore decernimus. Si vero dicto defuncto notario filius vel filij notarij non ſuperſint tunc notario loci ſufficientiori. Et ſi ibidem deſint notarij idonei ipſo caſu notario propinquiori ipſius loci defuncti notarij Idoneo fiat huiuſmodi commiſſio ⁊ prothocollorum ipſoꝝ per inuẽtarium librorum: ⁊ menbrorum expeditio. Qui quidem cõmiſſarius in manibus committentis iuramentum corporale ad ſancta dei euangelia preſtare tenebitur qꝫ litteras ⁊ inſtrumenta in dictis ꝓthocollis cõprehenſa nundum leuata ſeu groſſata ſi ⁊ quãdo rogatus fuerit aut erit expediens ad opus quorũ intererit fideliter per ſe vel per coadiutorem ſuum ſi fuerit ſibi datus leuabit groſſabit: ⁊ in formam publicam rediget. vel leuari ſeu groſſari faciet: ſicqꝫ groſſata manu propria ſubſcribet: ⁊ ſignabit. In leuationeqꝫ: ⁊ groſſatione huiuſmodi nulla fraude ſeu machinatiõe: ſed nuda ⁊ ſimplici veritate vtet. nihil addendo: minuendo vel mutando de vera ſubſtantia cõtractuum ſeu negocioꝝ in ipſis inſtrumẽtis vel litteris contentorum: Ipſa quoqꝫ ſic groſſata ⁊ ſignata ꝑtibus ⁊ ꝑſonis quarum intererit ſumptibus earum moderatis expediet: necnon ꝓthocolla huiuſmodi vel aliquid ex ipſis extra locũ ſeu caſtellaniam vbi defuntus notarius cuius fuerant ipſa ꝓthocolla ſuum fouebat domicilium: non transferet. nec per quẽqꝫ transferri ꝑmittet: ſed in ipſo loco conſeruabit ⁊ fideliter cõmiſſionem ſibi factam de illis exequet iuxta traditam in eadem cõmiſſione ſibi formã. Saluis ⁊ reſeruatis libertatibus ⁊ priuilegijs ãtiquis: ⁊ obſeruatis locoꝝ vbi aliter de huiuſmodi ꝓthocollis diſponi fuit ⁊ eſt obſeruatũ. qbus ꝑ hoc edictum noſtrum nõ intẽdimus derogare. Premiſſa ſic fieri iubẽtes circa ꝓthocolla notarioꝝ ſeu iuratoꝝ nullũ officium ex ſcribarijs noſtris ꝓprijs habẽtium. Circa vero ꝓthocolla notas ſcripturas ⁊ regiſtra ſecretarioꝝ noſtroꝝ: necnon ſcribarum curiarum noſtrarũ conſilij noſtri chamberiaci reſidentis iudicum ordinarioꝝ bayliuorum: caſtellanorum: ⁊ aliorum officiariorum noſtroꝝ intra noſtra patrimonialia ⁊ fiſcalia continentes ⁊ concernentia ſeruari volumus ⁊ iubemus quod iam ſtatutum eſt. videlicet qꝫ omnia. ipſa talia prothocolla ⁊ regiſtra ipſoꝝ ſecretariorum ⁊ ſcribarum noſtrorum ſtatim poſt eorum deceſſus vel receſſus ꝑ officiarios noſtros locoꝝ fideliter ⁊ integraliter recolligant̃ ſigillent collataqꝫ ⁊ ſigillata ad camerã noſtrã computorũ noſtrorum ſecure deportent̃ ad perpetuam memoriam ⁊ conſeruationem iurium noſtrorum ⁊ aliorum in archiuis noſtris conſeruanda. Poena .xl. ſolidorum fortium cuilibet caſtellano ſeu eius locũtenenti. Necnon cõmiſſario ad expeditionem prothocollorum alienorum deputato huius edicti noſtri tranſgreſſori irremiſſibiliter imminente.

### Quod defunctis teſtatoribus vel donatoribus cã mortis notarij habẽtes penes ſe inſtr̃a teſtamentoꝝ codicilloꝝ vel donationũ per ipſos defunctos factarum notificent heredibus ⁊ legatarijs eoꝝ.

Ut defuncti ſuis voluntatibus ⁊ pijs diſpõibus non fraudent: ⁊ inter viuentes de bonis ipſorũ defunctorũ ceſſet contentio ſtatuimus hoc edicto qꝫ notarij ⁊ iurati noſtri in quorũ prothocollis tam proprijs qꝫ ſibi cõmiſſis fuerint regiſtrata teſtamẽta codicilli donationes ex cã mortis aut alie vltimarum voluntatum diſpoſitiones aliquarum ꝑſonarũ ſtatim poſtqꝫ nouerint aliquaꝫ ex ipſis ꝑſonis ab humanis deceſſiſſe qꝫ breuius cõmode poterũ notificent heredibus vniũerſalibus vel particularibus legatarijs fideicommiſſarijs donatarijs: ⁊ alijs ex ipſis teſtamento: codicills ſeu donationibus in bonis ipſius perſone defuncte ius: habentibus. qꝫ penes ſe habent huiuſmodi teſtamenta: codicillos: ſeu donatiões cã mortis eis ſcribendo ſummarie effectum inſtitutionum heredum legatorum fideicommiſſorum ⁊ donationum ipſarum: Curato vero ſeu rectori parrochialis eccleſie ꝑſone defunte ſcribant ſub breuibꝫ verbis tales notarij ea que ipſe perſone defuncte in ſuis teſtamentis codicillis aut donationibꝫ diſpoſuerint aut legauerint ad pias cãs hec eadem ſignificando executoribus ipſarum vltimarum voluntatum. ſi qui per ꝑſonas defunctas fuerint cõſtituti. Sub poena ſex ſolidorum fortium ꝑ quẽlibet notarium in ſuis vel ſibi cõmiſſis prothocollis habentem huiuſmodi teſtamenta ſeu alias vltimarum voluntatum diſpoſitiones notificare his quorũ intererit vt prefertur negligentem committenda ⁊ fiſco noſtro applicanda.

### Quod notarij groſſent ⁊ expediant petentibꝫ infra menſeꝫ poſtqꝫ fuerint requiſiti. qꝫ qꝫ illa nõ groſſent in membranis abraſis aut alias ineptis.

Preſenti ſtatuimus edicto: qꝫ omnes ⁊ ſinguli notarij ⁊ iurati nr̃i litteras ⁊ inſtr̃a per eos recepta: ſeu i ꝓthocollis alienis ſibi cõmiſſis regiſtrata infra vnũ mẽſem poſtqꝫ fuerint ipſi notarij vel iurati ꝑ ꝑſonas quarũ intererit ſuꝑ hoc reqſiti ĩ dictis ꝓthocollis ſuis vel ſibi cõmiſſis leuẽt groſſent ⁊ i formã publicam redigant: ſic qꝫ leuata ⁊ redata ipſis ꝑſonis petentibus ſi ⁊ ꝓut earum intererit ⁊ pro eis faciãt ipſa inſtrumenta ſumptibus eaꝝ tẽperatis expediãt: Subpoena decem ſolidoꝝ fortium: hoc eodẽ edicto ꝓhibentes ipſis oĩbus ⁊ ſingulis notarijs ⁊ iuratis nr̃is: ne quaſcunqꝫ lr̃as ſeu inſtr̃a publica leuare groſſare ſeu ſcriber̃ ꝓſumant: ſeu in formam publicam redigere in cartis ſeu mẽbranis de qbus alia vetus fuerit abraſa ſcriptura: aut alijs inmondis ⁊ ineptis: Sub poena decem librarum fortium per quẽlibet contra facientem cõmittenda ⁊ fiſco noſtro applicanda.



### De artibus ⁊ artiſtis liberalibus ⁊ mechanicis.

### De phiſicis chirurgicis.

Quoniam vbi maius periculum vertit̃ ibi cautius eſt agẽdum: hoc edicto ꝓhibemꝫ ne quis phiſicꝫ ſeu chirurgicus. aut ꝓ phiſico ſeu chirurgico ſe gerens ignotus aut de ꝑtibus remotis ad ꝑriam noſtram accedens in ciuitatibus villis ⁊ locis ipſius patrie noſtre ad praticandum artem phiſicorum ſeu chirurgicorũ admittat̃: nec ad hoc ſe ingerere ꝓſumat quouſqꝫ coram caſtellano aut officiario loci ſe perſonaliter exhibuerit. Et idem caſtellanus ſeu officiarius vocatis ſecum ſindicis ipſoꝝ locorum ipſum ſe ſic exhibentem. faciat ꝑ doctores magiſtros aut alios phiſicos ſeu chirurgicos notos famoſos ⁊ in ipſis artibus expertos de ⁊ ſuper arte quam practicare ſe velle dixerit diligenter examinari. quos ad hoc dicti caſtellanus ſeu officiarius ⁊ ſindici dixerint eligendos ⁊ euocandos: Per quos ſi talis petens ad practicaꝫ ſe admitti reperiat̃ ⁊ aprobet̃ idoneus: tũc ad praticandum ſuam huiuſmodi artem in ipſis ciuitatibus villis ⁊ locis patrie noſtre fauorabiliter admittat̃ ⁊ tractet̃. Si vero inſufficiens per dictos examinatores reperiat̃ ⁊ iudicet̃ tunc practicatio ꝑ ipſum petita ſibi deneget̃: ad quam ſi poſt denegationem ⁊ ꝓhibitionẽ ꝑ ipſos caſtella nos ſeu officiarios loci tunc ſibi factam ſe ingerere preſumpſerit: per eundem caſtellanum ⁊ alios officiarios locorum capiatur: ⁊ iuxta ſue ꝑſone: ⁊ culpe qualitatem ꝑpetuam vel temporalem bannitionem vel alias debite puniat̃. ⁊ ab omni practica cõpeſcatur. Omnibus ⁊ ſingulis doctoribus magiſtris ⁊ alijs in artibus phiſica ⁊ chirurgica expertis ⁊ praticãtibus i ꝑr̃ia nr̃a: preceptum iuris innouãtes iubemus. quatenus cũ ipſos vel ipſoꝝ aliquem ad ꝑſonas graui egritudine detentas ꝓ remedijs ⁊ medicinis ꝓpinandis accedere cõtinget eos moneant ⁊ inducant verbis conſolatorijs ⁊ non terrentibus: quatenus ante oẽm ſuſceptionem medicine corꝑalis medicinam ſpiritualem: Uidelicet penitentie ⁊ euchariſtie ſalutaria ſacramenta: digne ⁊ reuerenter ſuſcipiant: vt ipſa ſpiritualis medicina cooperet̃ corporali. Frequenter ⁊ eniꝫ ꝓpter hominuꝫ peccata corporee afflictiones cõtingunt: Deinde ipſis ꝑſonis ĩfirmis poſt ſuſceptionẽ dicte medicine ſalutaris medicinas corporales cũ õi diſcretione ⁊ cautela miniſtrare ſtudeãt.

### De appothecarijs.

Appothecarijs ſpeciarijs droguariarumqꝫ ⁊ medicinarum confectoribus hoc edicto iubemus ne triacam metridatum aut alias medicinales confeciones ſeu res ſimplices vel compoſitas ad augumentandum eorum quantitatem ⁊ deteriorandum qualitatem ſophiſticare vel falſificare preſumant: in compoſitione torchiarum cereorum ⁊ candelarum quas vendunt: picem turbentinam puluerem fabarum vel quicquid aliud cere de qua eas component admiſcere nõ audeant. Omnes ⁊ ſingulas ſpecies aromaticas groſſas ⁊ minutas. droguerias: confectiones ⁊ omnia alia ad vnum ſolum pondus. videlicet quindicim vnciarum vendant ⁊ ponderent. Exceptis dumtaxat his: que per conſilium medicoꝝ ponunt̃ in medicinis compoſitis: que ad pondus determinatum per ipſos medicos in cẽdulis receptaꝝ debeant ponderari: Arſenicum vero ⁊ quodcunqꝫ aliud toſicum nulli noto vel ignoto vendant vel vendere ſeu tradere attemptent: niſi vocatis ⁊ preſentibus tribus vel pluribus perſonis honeſtis ⁊ fidedignis. In quorum preſentia interroget̃ per apothecarium ipſum is: qui petit vendi dictum arſenicum vel toſicum ad quid faciendum vult ipſum emere. Qui ſi dicat ⁊ aſſerat apothecario ſeu medico eius iuramento qꝫ non pro aliquo malo inde perpetrando. ſed tantum modo pro muribus interficiendis. tunc ſibi tradere poterit idem apothecarius cum vna vlna fili in ſignum capiſtri more ſolito in preſentia ꝑdictorum teſtium retinendo in ſcriptis penes ſe nomina ⁊ cognomina ipſius emptoris ⁊ dictorum teſtium vna cum anno menſe ⁊ die traditionis dicti toſici: vt ſi in futurum aliquod ſiniſtrum inde ſucederet: poſſet delinquens ſciri ⁊ comprehendi. Si quis autem apothecarius in tranſgreſione huius edicti noſtri vel alicuius partis eiuſdem repertus fuerit culpabilis ꝓ qualibet tranſgreſione poenam centum ſolidorum fortium fiſco noſtro applicandam ſe nouerit incurſurum.

### De macellarijs ⁊ piſcium venditoribus.

Macellarij ⁊ piſcium vtriuſqꝫ ſexus venditores caueant: ne carnes corruptas putrefactioniqꝫ ꝓpinquas vel infectas: vel ouinas carnes vel caprinas ꝓ motoninis: porcorumqꝫ vel aliorum animaliũ leproſorum aut morboſorum pro carnibus mundis ⁊ ſanis: Necnon piſces putridos corruptos vel infectos cuiqꝫ vendere preſumant: ſeu venales exponere audeant: Sub poena .xl. ſolidorum fortium per quẽlibet ⁊ qualibet vice contrafacientem cõmittenda ⁊ fiſco noſtro applicanda.

¶ De venditoribus ⁊ venditricibus panis ⁊ vini.

PIſtores ⁊ venditores panis ⁊ vini vtriuſqꝫ ſexus in confectione panis furmenti: farinam ſiliginis: ſpelte: ordei: vel alterius bladi miſcere non audeant: paneſqꝫ faciāt debite quātitatis habito reſpectu ad precium furmenti: currens ꝓ tempore: Sub pena quarte partis panis venalis qui reperiet in bancha ipſius vēditoris ſeu vēditricis: hoc noſtrū edictū tranſgredientis ꝑ caſtellanū ſeu officiariū loci: aut ꝑ ſindicos vbi aſſuctum eſt leuande ⁊ paupib⁹ hoſpitalitatis ipſi⁹ loci diſtribuende. Tabernarij vero ſeu venditores vini: vinū corruptum infectum ſophiſticatum vel alias ineptuꝫ pro bono ⁊ puro vino vendere nō attemptent: falſis menſuris in venditione ipſius vini non vtantur: diebus dominicis ⁊ feſtiuis colendis ante celebrationem miſſe parrochialis. Tabernarios ⁊ potatores tabernas ſuas intrare nō ꝑmittant: nec eis vinū vendant ſeu miniſtrent quoquomō. Ebrioſis omni die ⁊ hora qua dicti venditores vini viderint eos intrare ebrietatem vlterius vinum non porrigāt ſeu vendant: ſed ipſos dē ſūis tabernis expellant. Et ſi exire recuſauerint eos ꝑ familiares curiarum locorum inde expelli faciant: Sub pena decem ſolidorum fortium per quēlibet vini venditorem vtriuſqꝫ ſexus contrafacientem pro qualibet tranſgreſſione huius edicti noſtri cōmittenda: ⁊ fiſco noſtro applicanda.

¶ De venditoribus omnium victualium.

VEnditores ⁊ reuenditores vtriuſqꝫ ſexus quorūcunqꝫ victualium in ciuitatibus villis ⁊ locis patrie noſtre non exponant venalia quecunqꝫ victualia corrupta infecta immonda: ſeu alias inepta ꝓ bonis ⁊ mundis. Nullum emptorem in venditione ipſorum victualium fraudari preſumant in quarūcunqꝫ rerum qualitate numero: pondere vel menſura. Quod etiam ad omnes mercancias extendi volumus ⁊ iubemus: Sub pena per iudices ordinarios ipſarum ciuitatum villarum ⁊ locorum cum deliberatione ſindicorum: ſi prout fuerit expediens pro delinquentium ⁊ delictorum qualitate cuilibet delinquentium in aliquo premiſſorum infligenda.

¶ De mercatoribus ⁊ campſoribus.

MErcatores quarūcunqꝫ reꝝ ſeu mercantiaꝝ: necnon campſores caueant omnino ne in ſuis mercantijs ⁊ cambijs aliquas fraudes: fallacias ſeu deceptiones in ipſarum rerum ſeu marcantiarum qualitate numero pondere vel menſura committere preſumant quouis exquiſito colore: Sub pena per iudices ordinarios locorum in quibus aliquas fraudes fallatias ſeu deceptiones huiuſmodi committi contigerit ſecundum delictorum ⁊ delinquentium qualitates arbitranda ⁊ in delinquentes exequenda: facta prius emenda damni dati huiuſmodi deceptis ⁊ grauatis.

¶ De hoſpitibus.

HOſpites domos ſuas cameras ⁊ ſtabularia habeant ⁊ teneāt cōptas ⁊ mondas ſufficienterqꝫ de lectis vtenſilibus ⁊ victualibus munitas ad colligendos ⁊ paſcendos hoſpites ⁊ eorum equitaturas: teneantqꝫ ſecum bonos probos ⁊ notos famulos: ⁊ famulas honeſtas ad ſeruiendum: pecuniaſqꝫ ac alias quaſcunqꝫ res auri: argenti: iocalia: ⁊ cetera per dictos hoſpites receptos ad cuſtodiam hoſpitibus traditas ⁊ diſpoſitas: ipſi hoſpites recipientes fideliter ⁊ ſecure ſub coꝝ periculo ⁊ onere reſtituendi cuſtodiāt ⁊ conſeruent: Ipſos quoqꝫ hoſpites receptos decenter paſcant: ⁊ iuxta victualium habundantiam vel careſtiam occurrentem precia paſtum iuſte ⁊ moderate ab eis exigant. Et ſi forſan circa hoc ipſos hoſpites recipientes contingat excedere ipſa precia paſtuum per caſtellanos ſeu officiarios locoꝝ cuꝫ conſilio ſindicorum taxari iubemus quotiēs fuerit oportunum: pena arbitraria ipſoꝝ officiariorum locorum pro delinquentium in premiſſis: ⁊ delictorum qualitate huius edicti noſtri tranſgreſſoribus iminente.

¶ De artibus ⁊ artiſtis mecanicis.

QUoniam impoſſibile eſt ⁊ ſuper humanam facultatem ſingulis hominum malicijs obuiare: ⁊ ſuꝑ omnibus caſibus ⁊ negocijs correctione dignis per ſpecialia ſtatuta ꝓuidere: hoc edicto perpetuo ⁊ irrefragabili ſtatuimus ⁊ iubemus: ꝙ omnes ⁊ ſinguli aurarij fabriqꝫ omnium vtenſilium ⁊ inſtrumētorum ferri: ⁊ calibis: figuli: campanarum: ollarum: peluium: cacaborum: ⁊ aliorum vaſorū cupri: eris: ſtāni: et plumbi: veſtimentorum ſartores: fodratores: pelliparij: pānorum et tellarum teſtores: bordatores: tatapicerij: coriorū aptatores: correatores: ſutores: ſellerij: brigidarij: armatores: baliſterij: arcuum et ſagittarum factores: cutellarij: corrigearij: pictores: ſculptores: vitriarij: burſarij: guanterij: ligullarij: cadularij molēdinarij: fornarij: paſtillarij: Necnō equorum et omnium mercantiarum: corraterij: miſſillierij: vinearum ⁊ prediorum cuſtodes: ac ceteri quicūqꝫ opifices: mecanici. videlicet eorum quilibet ī omnibus ⁊ ſingulis ciuitatibus: villis ⁊ locis patrie noſtre exercere ſtudeat: ⁊ de facto exerceat artem ſuam fideliter ⁊ legaliter ⁊ ſine fraude. Et vt huiuſmodi arteſani ⁊ eorum quilibet ad hec ſaltē arceanꝰ pene formidine: hoc edicto ſtatuendo committimus ⁊ mādamus omnibus ⁊ ſingulis caſtellanis ſeu officiarijs noſtris per ſingulas ciuitates villas ⁊ loca patrie noſtre: in quibus huiuſmodi opifices reſidebunt conſtituti: Quatenus ſingulis annis in principio menſis ianuarij cum conſilio ⁊ conſenſu ſindicorum ⁊ conſulum ipſarum

ciuitatum: villarum



ciuitatum: villarum ⁊ locorum deputent in ipſis ciuitatibus villis ⁊ locis ſuper qualibet arte ⁊ artiſtis illius vnū vel duos viſitatores ⁊ iſpectores ipſaꝝ artium ⁊ rerum artificiatarum in ipſa arte praticos ⁊ expertos fideleſqꝫ prudentes ⁊ probos. Qui preſtito: dum aſſumenꝰ: in manibus caſtellani vel officiarij eos deputātis in preſentia ſindicorum loci corporali iuramēto de ⁊ ſuper huiuſmodi ſibi cōmiſſo officio cum omni vigili probitate exequendo ter quater vel pluries in anno prout viſum fuerit expedire ignorantib⁹ dictis artiſtis: vocatis ſindicis: aut per eos in hac parte ſub rogatos: Necnō familiaribus curiaruꝫ dictorum locorum: ſi fuerit oportunum: vt viſitent operagia dictorum artificum ſingulorum: ⁊ diligentes inſpiciant. ſi dicta artificia ſint bene vel male compoſita. ⁊ de bona vel mala materia vtili vel inutili. Et ſi quos ex dictis artiſtis in materia vel forma ſue artis erraſſe inuenerint: ipſos errantes ⁊ eorum errores ſeu defectus predictis caſtellanis ſeu officiarijs locorum notificent ⁊ reuelent in preſentia ſindicorum: quoꝝ conſilio ⁊ deliberatione ipſi caſtellani ſeu officiarij huiuſmodi errantes ſeu delinquentes in premiſſis corrigant ⁊ puniant. videlicet eorū quēlibet pro modo culpe ſue. Et inſuper ſi forſan dictos artiſtas cuiuſcunqꝫ ſtatus facultatis in exactione preciorum ſuorū operagiorum contingat excedere ipſum exceſſum dicti caſtellani ſeu officiarij locorum cum conſilio ſindicoꝝ ⁊ conſultum ciuitatum villarum ⁊ locoꝝ in qibus hec contingent debite moderent: ipſaqꝫ operagia iuſte taxent ⁊ apprecient quotiens fuerit expediens. Prouideant quoqꝫ eodem conſilio: ne artiſte ſeu opifices alicuius artium facere attemptent inter ſe monopolia ſeu conuēticulas de vendendo res ſue artis ad vnum precium: aut imponēdo ſuper rebus careſtiam: Et ſi quos de huiuſmodi monopolis: ſeu cōuenticulis culpabiles inuenerint vel ſciuerint: illos ꝑſonaliter capiant ⁊ cōtra eos diligēter inquiri faciāt. Et demū iuſtitia mediante iuxta demerita coꝝ puniri ꝓcurēt.

¶ De operarijs ad ſalaria quottidiana extra domos eorum.

RUrſus ga lathomi: carpentarij: quadrigarij: venearꝝ terraꝝ cultores: falcatores: meſſores: ceteriqꝫ laboratores: operarij: affanatores ad ſalaria quottidiana extra ꝓprias earum domos laborantes: in exactione ⁊ receptione ſalariorum ⁊ mercedū ſuorum laborum excedunt: Et a decem annis circa vel circa ꝑut ſuꝑ hoc frequentes qcurelas recepimus in magnum rei publice ⁊ aliorum ſubditorum noſtrorū incōmodū exceſſerunt: huiuſmodi exceſſus debito moderamine refrenare volentes hoc edicto perpetuo ſtatuendo committimus ⁊ mandamus omnibus ⁊ ſingulis iudicibus ordinarijs ciuitatum villarū ⁊ locoruꝫ patrie noſtre in quibus de premiſſis exceſſibus querelas oriri cōtigerit. Quatenus ſingulis annis in principio menſis ianuarij ⁊ plures ſi fuerit expediens vocatis caſtellanis ⁊ officiarijs noſtris: ſindiciſqꝫ conſulibus: ⁊ pluribus probis viris ipſarum ciuitatum villarum ⁊ locorum: ac etiam pluribus laboratorib⁹: ſeu operarijs cōtra q^uos querele predicte exorte fuerint cum deliberatione ⁊ conſilio ipſorum caſtellanoruꝫ ſeu officiariorum ſindicorum conſulum: ⁊ aliorum aſtantium debite taxent ⁊ moderent precia ſeu ſalaria quottidiana omnium operariorum ⁊ laboratorum predictorum virorum ⁊ mulierum extra domos ſuas ad opera aliena operantium iuxta longitudines breuitates: ⁊ mediocritates dierum qualitateſqꝫ ipſoruꝫ laboratorum ⁊ laborum: necnon victualium habundantiam vel cariſtiam: ceteraſqꝫ circunſtātias opportunas. Omnibus ⁊ ſingulis operarijs predictis vtriuſqꝫ ſexus hoc eodem edicto: Sub pena per dictos taxatores arbitranda: mandātes quatenus huiuſmodi ſalariorum taxationi diſtricte pareant: nihilqꝫ vltra ipſam taxā a quocōqꝫ pro ſalario ſuo ſeu mercede ſuorum laborum ſeu operum quottidianorū exigere preſumāt. Que quidem minor quinqꝫ ſolidorum fortiuꝫ pro quolibet tranſgreſſore: ⁊ quolibet actu tranſgreſſionis imponi non debeat. Eadem pena plecti iubentes omnes ⁊ ſingulos vtriuſqꝫ ſexus qui cuiuis laboratori ſeu operario quicq̄ꝫ vltra taxam predictam ſoluere vel dare preſumpſerit fiſco noſtro applicanda. Prouideant inſuper dicti caſtellani ſeu officiarij cum deliberatione ſidicorum penarum formidabiliuꝫ per eos imponendarum remedijs: ne viridaria vinee: orti: ceteraqꝫ predia ciuium burgenſium ⁊ incollarum ipſarum ciuitatum villarum ⁊ locorum patrie noſtre preter voluntatem ⁊ beneplacitum dominoruꝫ ipſarum rerum rumpantur: intrentur. fructibus ſpolientur: ac eorum ſepes ⁊ clauſure frangantur ⁊ aſportentur: ſeu alias in ipſis damna inferantur. In ceteris quoqꝫ rei publice ciuitatum villarum ⁊ locoruꝫ predictorum polliciam ⁊ debitam adminiſtrationem ſubditorumqꝫ quietem ⁊ tranquillitatem concernentib⁹ deceter ⁊ vtiliter diſponendis ⁊ exequendis cum conſilio ſupradicto prefatos caſtellanos ſeu officiarios noſtros: dum ⁊ quotiens per ipſos ſindicos locorum fuerint requiſiti. vel alias opus fuerit oneram⁹ hoc edicto perpetuo coſqꝫ ſolicitos ⁊ attentos eſſe iubemus: Sub indignationis noſtre pena.

¶ De vſuris. Reprobatio vſurarie prauitatis.

REm duram atqꝫ inhumanam caritatiqꝫ contrariam vſurarum rabiem atqꝫ voraginem in noſtra republica impijſſimam proſpeximus ſaluberrimo ſanare huius ſtatui remedio: Nouimus enim fama publica manifeſtante: ꝙ nonnulli noſtre dictioni ſubiecti cupiditate miſerrims eorum animis excreſcente ſic fuerunt ⁊ ſunt auaricie omniuꝫ maloꝝ radici vinculis alligati: ꝙ nec diuini humaniqꝫ iuris obedientia preceptorum: nec penarum diuinarū humanarumqꝫ conſtitutionū terrore aut fulgurantis haſte ⁊

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМ. І.І. МЕЧНИКОВА

mucronis vibrati excommunicationis metu: vel diuine vltionis ⁊ extremi iudici formidine: aut priuationis eccleſiaſtice ſepulture horrere ab vſuraria prauitate diſcedunt: Sed velut diuinorum ⁊ humanorum preceptorum contentores ⁊ in profundum malorum quieſcentes in illa infeliciſſima vſurarum tyrannide pleuerantes: nouas ſemper ad damnatiſſimam vſurarum ſeueritatem celandam ⁊ modis multifarijs diſſimulandam deproperant edere formas varijs exquiſitiſqꝫ coloribus ſimulatis ⁊ velatis contractibus exquiſitas: Hoc igitur edicto perpetuo ſalutari vtriuſqꝫ iuris diuini ⁊ humani imitatores ⁊ executores: vniuerſis ⁊ ſingulis ſubditis noſtris cuiuſcumqꝫ gradus ⁊ ſtatus chriſtianis ⁊ iudeis preſentibus ⁊ futuris ꝓhibemus ⁊ interdicimus deinceps exercere quoquomõ omne fenus omnemqꝫ ſpeciem vſure publice vel oculte directe vel indiricte: necnon inhire cum aliquo ſeu aliquibus aliquem contractũ vſurarum puruꝫ nudum aut quouis modo ſimulatum: velatum: ficticium ⁊ preſumptum: ⁊ ſub aliqua alia forma conceptũ ſeu quoduis pactum vel conuentionem ex quo vel qua poſſit deprehendi ſeu detegi vſuram eſſe contractam: hoc eodem edicto caſſantes irritantes ⁊ penitus abolentes omnia ⁊ ſingula priuilegia indulta: omneſqꝫ libertates ſi que generaliter vel ſpeialiter in contrarium huius edicti noſtri reperientur cõceſſe vel conceſſa: quibuſcunqꝫ perſonis aut vniuerſitatibus ſub quacunqꝫ verborum formula vel expreſſione decernentes huiuſmodi priuilegia indulta ⁊ libertates impetratoribus earum non prodeſſe velut ſubrepticie ⁊ contra ius diuinum ⁊ humanum emanates.

¶ De Ludis ⁊ luſoribus.

QUoniam ludorum quidam ſunt ad tedij remedium: animi ſolatium: corporis exercicium recreationemqꝫ ⁊ induſtriam: Quidam vero ad propriarum falcutatum deburiationem alienarumqꝫ ſubtractiõem: ⁊ ambitionem: necnon fraudum periuriorum blaſfemiarum: ⁊ iniuriarum dei: ⁊ proximi perpetrationem inter huiuſmodi ludos ſic duximus diſtinguendum: quoniam ludus prime ſpeciei: vtpote ſcacorum: alearum: pile: paleti: billiarum: arcus: baliſte: Et ſimiles in preſentia noſtra fieri permittimus: dummodo nullum lucrum pecuniarum vel alterius cuiuſcũqꝫ rei: Exceptis dũtaxat comeſtibilibus ⁊ potabilibus que inter ludentes vno tantũ paſtu conſumi valeant: interueniat: Ceteros vero ludos ſicut taxillorum: cartaꝝ: trinqueti: ⁊ ſimiles doloſos: ⁊ ambicioſos quouis modo cũ pecunijs: ⁊ ſine pecunijs publice vel oculte ꝑ quoſcũqꝫ ſubditos noſtros deinceps ꝑpetue fieri vel eis vti prohibimus: Sub pena blaſfemorum ſuperius libro primo titulo de maledicis: ⁊ blaſfemijs annotata in pios vſus: ⁊ per modos ibidem declaratos exequenda: ⁊ conuertenda: Mulieribus tamen ad recreationem: ⁊ viris cum eis iocantibus ludum cartarum permittimus dummodo tantum fiat cum ſpinolis.

¶ De lenonibus.

LEnones vtriuſqꝫ ſexus qui puellas aut iuueculas varijs deceptionibus ad ſuas habitationes attrahunt ſeu violenter rapiunt: victum ⁊ veſtitum eis miniſtrantes eaſqꝫ inuitas: aut ſeductas ſuam confundere caſtitatem cogentes: ⁊ ad luxuriandum voletibus eas exponentes: ac omnem queſtum miſerabilẽ inde peruenientem accipientes ſeu participantes: Necnon eaſdem volentes vitam ſceleratã relinquere: ⁊ legitimum matrimonium intrare non ꝑmitentes: tanquã peſtiferos. ⁊ communes caſtitatis vaſtatores ꝑ caſtellanos ſeu officiarios noſtros ciuitatum: villarum: ⁊ locoꝝ alioꝝ patrie noſtre in quibus tales turpes ꝑſonas huiuſmodi lenocinia fouentes reperiri cõtingerit: ſtatim poſt habitam veram de huiuſmodi crimine notitiã capi: ⁊ incarcerari per tres dies in vitu panis: ⁊ aque volumus ⁊ iubemus: Quarta vero die duci ad pillarium per tres horas: Et deinde per carreriam magis publicã cũ virgis: ⁊ funiculis ꝑ humeros nudatos cedi: ⁊ duci. Et demum a predictis ciuitatibus: villis: ⁊ locis expelli: ⁊ perpetuo banniri. Receptores autem huiuſmodi lenonum ſeu lenarũ: ⁊ meretricum: ſeu eis domos ſuas locantes pena decẽ librarum fortium totiens quotiens de receptationibus ſeu locationibus predictis reperientur culpabiles committenda: ⁊ ꝑ officiarios predictos ciuitatum villarum ſeu locorum vbi caſus contigerit exigenda puniri volumus ⁊ iubemus: de qbus decem libris quartam partem eiſdem officiarijs locorum delicti ꝓ labore executionis predicte pertinere: ⁊ ſibi retineri volumus: Tres vero partes cõuerti ad opera pietatis modo: ⁊ forma in capitulo de maledicis: ⁊ bleſſemijs libro primo declaratis. Et ſi nõ habeant huiuſmodi delinquentes de ere ad ſoluendum penam pecuniariam predictam luant de corpore iudicis ordinarij loci arbitrio iuxta delictorum ⁊ delinquentiũ qualitates. Omnibus ⁊ ſingulis caſtellanis ſeu officiarijs noſtris villarum ſeu locorum inhibentes hoc edicto: Sub pena. xxv. librarum fortium totiens quotiens contra hoc edictum ſaluberrimum quẽquam ex ipſis officiarijs attemptari contigerit commitenda: ⁊ fiſco noſtro applicanda: ne dictos lenones vtriuſqꝫ ſexus palam vel oculte directe vel indirecte foueant vel ſupportent: aut alias impunitos relinquant.

¶ De mendicantibus validis: ⁊ alijs ocioſis: ⁊ vagabundis.

MEdicantes validos: qui per caſtellanos ſeu officiarios noſtros ciuitatum: villaꝝ ⁊ aliorum locoruꝫ vocatis ſindicis ſeu duobus aut tribus probis viris vbi non erunt ſindici inſpicientur: ⁊ reperiẽtur





membris integri: ⁊ ſenio non confracti vel alias debilitati. Et inſuper omnes alios vagabundos nullas facultates in rebus mobilibus vel immobilibus: redditibus vel mercanciis poſſidentes: nullamqꝫ arteꝫ liberalem vel mecanicam exercentes: ſed potius ocio vacantes ludorum: tabernaruꝫ meretricumqꝫ ſectatores in ipſis ciuitatibus villis: ⁊ locis alijs patrie noſtre incolatũ habere prohibemus. Quinimo ipſos omnes: ⁊ ſingulos tales inertes per dictos officiarios locorum quos a talibus miſerijs purgari volumꝰ inde expelli: ⁊ banniri perpetuo iubemus. Receptatores talium ſeu eis domos locantes ſi poſtqꝫ eos tales eſſe comperierint a domibus ſeu habitationibus eorum non expulerint: pena receptatorum lenonuꝫ ⁊ meretricum in capitulo proxie ꝑcedenti notata per ipſos officiarios locoꝝ decernimus fore plectẽdos.

¶ De concubinarijs.

¶ De concubinatu Laycorum.

OMnem concubinatum: ⁊ cohabitationem virorum ⁊ mulierum matrimonio adinuicem non copulatorum: ⁊ de vita fornicaria ſuſpectorum deteſtantes per Caſtellanos ſeu officiarios Ciuitatum villarum: ⁊ locorum patrie noſtre: in quibus huiuſmodi concubinaria foueri contigerit penarum debitarum remedijs infraſcriptis adinuicem diſſolui: ⁊ omnino ſeparari: ⁊ puniri ſtatuimus ⁊ iubemus. Videlicet ſi ambo concubinatum fouẽtes fuerint ſoluti: viros carceribus triduo in victu panis ⁊ aque retrudi: Et ſi forſan fuerint relapſi in crimine pro primo relapſu pena predicta duplicetur: pro ſecundo triplicet: ⁊ ſic deinceps multiplicetur. Mulieres vero pro primo crimine capiantur: ⁊ capte per vicum magis publicum loci: publice deducantur tuba precedente: per humeros diſcopertos virgis vel funiculis flagellande. Et ſi fuerint relapſe pro primo relapſu pena predicta reiteretur: ⁊ ipſo inſtanti a loco ⁊ toto territorio delicti per triennium banniantur. Si vero predicti concubinarij vtriuſqꝫ ſexus vel eorum alter fuerint alijs perſonis ſeu alteri perſone coniugate: ita ꝙ eorum cõcubinatꝰ ſit adulteriuꝫ. Viri in primo caſu per ſeptem dies carceribus detrudantur: in victu panis ⁊ aque: lecto priuandi: niſi ſtraminibus. Et ſi fuerint relapſi pena eis duplicetur: deinde multiplicetur pro numero relapſuum prout ſupra. Mulieres vero in primo caſu ad pilarium deducantur ibidem ligande per tres horas: deinde cum ſonitu tube per vicum magis publicum loci delicti virgis: ⁊ funiculis verberande prout ſupra deducantur: ⁊ poſtmodum a loco ⁊ territorio delicti per ſeptennium banniantur.

¶ De concubinis virorum eccleſiaſticorum.

COncubinas preſbyterorum: ⁊ aliorum eccleſiaſticorum virorum ſtatim poſtqꝫ caſtellanis ſeu officiarijs noſtris conſtiterit de ipſo concubinatu capi volumus et iubemus: et per ſeptem dies carceribus detrudi victualibus et lectis priuãdas: exceptis pane: et aqua et ſtraminibus: deinde tribus diebus in pilario qualibet vice per tres horas alligari. Et vltima dictorum trium dierum per vicum magis publicum loci delicti cum verberibus virgarum vel funiculorum: et ſonitu tube deduci. Et exinde de loco et toto territorio per ſeptẽnium banniri. Prohibemus autẽ diſtricte ſub indignationis noſtre pena predictis caſtellanis ſeu officiarijs: ac omnibus eorum familiaribus: ne aliquibus preſbyteris ſeu viris eccleſiaſticis inferant aliquã violentiam offenſam vel dãnum in ꝑſonis vel in bonis occaſione ſupradicta vel alia quacunqꝫ etiam ſi repierint ipſos cum ſuis cõcubinis in eiſdem domibus ſeu lectis. Sed ſtatim accedant ipſi caſtellani ſeu officiarij vel mittant ad ordinarios ipſorũ preſbyterorum ſeu virorum eccleſiaſticorum cõcubinariorũ: et eorum crimina denuncient ꝓ iuſtitia miniſtranda: niſi eſſet dubiuꝫ de fuga: quo caſu eos capere poſſint pro remiſſione infra tempus debitum ordinarijs ſuis facienda.

¶ Mulieres fornicarie a vicinitate honeſtarum mulieꝝ expellantur.

CAſtarum mulierum honeſtatem atqꝫ pudiciciam toto conamine conſeruare volentes: ne ſtatus earum impudicarum mulierum vicinitate fedetur: Mulieres fornicarias ſolitarias in ſuis cameris viuentes: ⁊ vnũ vel plures amaſios ad fornicandũ ſecũ recipientes: a carrerijs: et vicis publicis ac tota vicinia mulierum honeſtarum expelli: peniſqꝫ cõcubinarum adulterarum predictarum per caſtellanos ſeu officiarios locoꝝ in quibus tales reperientur plecti volumus et iubemus.

¶ De meretricibus publicis.

LIcet meretricalis vite turpitudo mentionem fieri de eadem in Libris vel ſcripturis decentibus non requirat: attamen quia diſſimulatur meretricum ipſarum ſtatus nepharius: ne mulieres honeſtas inficiat: eſt debitis limitationibus cohartandus. Statuimus igitur ꝙ in Ciuitatibus villis et locis alijs in quibus publicas meretrices accedere ſeu morari cõtigerit per caſtellanos ſeu officiarios noſtros locorum in ipſis ſingulis ciuitatibus et villis: et locis predictis vbi nõ fuerit iam ſtatutus ſtatuatur locus vilior: et ocultus: ab omniqꝫ mulierum honeſtarum vicinia remotus intra ipſas ciuitates villas et loca: in quo omnes huiuſmodi meretrices habitature reducantur: ſic ꝙ alibi ſuas habitationes fouere ſeu cõſeruari non preſumant. Sub pena lenarum ſupradicta per quẽlibet earum ꝯtrafaciẽtem ſtatim ſubiciẽda. Et qa ſic vita ſic habitu debet diſtingui meretrix a matrona ſtatuimus: et iubemus: ꝙ huiuſmodi publice

meretrices vt earum vtilitas ex habitu exteriori cognoſcatur deferant:⁊ deferre teneantur de cetero cõtinue:et publice in earum capitibus habiliamenta cornuta:et eleuata ad longitudinē medij pedis ad minus omnibus patentia. Que quidem cornua ſeu cornuta inſtrumenta ipſis meretricibus cedi volumus ⁊ ordinamus in ſignum meretricij publici. Omnibus alijs Mulieribus honeſtis huiuſmodi cornuum vſum ad ornatum capitis penitus interdicentes. Sub pena detrimenti ſui honoris. Et vt ſaltem in dieb⁹ ſanctis ab earum ſordicie cogantur abſtinere ſtatuendo inhibemus dictis meretricibus: ne a die ſabbati ramis palmarum vſqꝫ ad quintã feriam poſt paſcha exire preſumãt earum receptacula, nec in publico cõparere: niſi forſan alique eaꝝ vellent a via ſua mala reſilire. Quibus videlicet conuerti volentibus liceat de tamẽ caſtellanorum ſeu officiarioꝝ predictoꝝ locorum licentia ad ſermones publicos: ⁊ ad penitẽtie ſacramentum accedere. Et vt facilius ad hoc inclinentur procurari volumus:⁊ iubemus per dictos officiarios: ꝙ bis vel ter in ſancta hebdomada congregentur ipſe miſere in vnũ locum: vbi aliquis notabilis Predicator eas moneat:⁊ hortetur ad ꝯuerſionem ſalutarẽ: prouideant etiã dicti officiarij ꝙ medio tpe dicte incluſionis ipſis infelicib⁹ per aliquas vetulas expẽſis earum victualia neceſſaria miniſtrentur.

Decretorum Dominicalium Liber tertius explicit.

## Decretorum Dominicalium Liber Quartus. Incipit.

### Prologus.

NE ſub vaga licentia noſtri conſilij Chamberiaci reſidentis Cancellarius: Preſidẽs: Iudices ordinarij: ceteriqꝫ ſigilliferi: ſeu exituum ⁊ emolumentorum ſigillorum omnium: ⁊ ſingularum curiarum noſtrarum exactores: noſtri quoqꝫ ſecretarij: ac ſcribe curiarum dicti conſilij noſtri Chamberiaci reſidentis: necnon iudicum ordinariorum: ⁊ delegatorum: bayliuorum ⁊ caſtellanorum noſtrorũ i exactione emolumentorũ ſigillorum ſcripturarum: ⁊ regiſtrorum in ipſis curijs noſtris: ⁊ officijs expediendarũ valeãt excedere: ſeu quẽquã grauare. Et vna queqꝫ perſona nogociatura in altera dictarum curiaꝝ noſtroꝝ ſeu altero officioꝝ ſciat quãtum pro ſigillis: ſcripturis: ⁊ regiſtris huiuſmodi ſoluere debeat: taxationes: ⁊ moderationes ipſorū emolumentorum: ſigillorum: ſcripturarum: ⁊ regiſtrorum duximus faciendas: ⁊ fecimus vt ſequitur. Quas ſi quiſqꝫ plus exigendo vel recipiendo quam ipſa taxa permiſerit: pro ſigillis: ſcripturis vel regiſtris ſupradictis tranſgredi preſumpſerit: pro qualibet tranſgreſſione in penam centum ſolidorum fortiũ eo ipſo incidere decernimus fiſco noſtro applicandam.

### Taxa ſigillorum ⁊ ſcripturarum litterarum ꝯſtitutionū officiariorum domini.

PRimo pro ſigillo litterarum conſtitutionis Cãcellarij noſtri exigi decernimus decem florenos parui ponderis. Et pro ſcriptura earundem litterarum duos florenos parui ponderis. Item pro ſigillo litterarum conſtitutionis mareſcali noſtri armate militie ſeu cuiuſlibet mareſcalorum noſtroꝝ florenos ſex. ⁊ ꝑ ſcriptura earundem duos florenos parui pon. Item pro ſigillo litterarum conſtitutionis capitanei noſtri pedemontium: ſi ⁊ quãdo ꝯtinget talis conſtitutio decẽ florenos. Et pro ſcriptura duos florenos pui põ. Pro ſigillo lr̃arũ ꝯſtitutiõis Capitanei Nicie. ⁊ terre noſtre prouincie decẽ florenos. Et pro ſcriptura duos florenos parui pon. Pro ſigillo litterarum neceſſariarum in conſtitutione preſidentis conſilij noſtri Chamberiaci reſidentis ſex florenos. Et pro ſcriptura decemocto denarios groſſos. Pro ſigillo litterarum conſtitutionis cõſiliarioꝝ noſtrorum ſalariatorum tres florenos: ⁊ pro ſcriptura vnum florenum. Pro ſigillo litterarum ꝯſtitutionũ conſiliarioꝝ nr̃oꝝ non ſalariatoꝝ duos florenos. Et pro ſcriptura vnum florenum. Pro ſigillo litterarũ conſtitutionis Preſidentis camere noſtre computorum ſex florenos. Pro ſigillo litteraꝝ ꝯſtitutionũ cuiuſlibet magiſtri auditoꝝ cõputorum predictorũ quattuor florenos. Et pro ſcriptura cuiuſlibet litterarum predictarum ſexdecim denarios groſſos. Pro ſigillo litterarum conſtitutionum Theſaurarij noſtri generalis decem florenos. Et pro ſcriptura tres florenos. Pro ſigillo litterarum conſtitutionum Aduocati noſtri fiſcalis duos florenos: ⁊ ꝑ ſcriptura octo denarios groſſos. Pro ſigillo litterarum conſtitutionum cuiuſlibet iudicis ordinarij expeditioniſqꝫ ipſius officij ac mandati deſoluendo: ⁊ allocando tres florenos: ⁊ ꝑ ſcriptura vnũ florenū. Pro ſigillo litterarum conſtitutionis Capitanei noſtri ſancte agathe vltra montes quinqꝫ florenos: ⁊ pro ſcriptura decemocto denarios groſſos. Pro ſigillo litterarum conſtitutionis Procuratoris noſtri Fiſcalis generalis duos florenos: ⁊ pro ſcriptura octo denarios groſſos: ⁊ tantundem pro ſigillis ⁊ ſcri-



pturis cuiuſlibet procuratoris noſtri fiſcalis: tam in curia noſtra nobiſcum reſidentis conſilij ꝙ iudicaturarum conſtituti. Pro ſigillo litterarum cõſtitutiõis procuratoris noſtri in romana curia deputati quinqꝫ florenos: ⁊ pro ſcriptura decemocto denarios groſſos. Pro ſigillo litterarum conſtitutionis aduocati noſtri pauperũ vnum florenum: ⁊ pro ſcriptura q̃tuor denarios groſſos. Pro ſigillo litterarū cõſtitutionis theſaurarij noſtri guerrarum quinqꝫ florenos: ⁊ pro ſcriptura vnum florenum. Pro ſigillo litterarũ ꝯſtitutionis clauarij noſtri chamberiaci reſidentis duos florenos: ⁊ pro ſcriptura duos denarios groſſos. Pro ſigillo cõſtitutionis cuiuſlibet theſaurarij noſtri quattuor florenos: ⁊ ꝑ ſcriptura vnũ florenū pro ſigillo ꝯſtitutõis cuiuſlibet ſcribe ꝯputoꝝ nr̃oꝝ duos florenos: ⁊ ꝑ ſcriptura octo denarios groſſos. Pro ſigillo litterarum cõſtitutionis cuiuſlibet bayliui expeditioniſqꝫ ipſius officij bayliuatus: ⁊ mãdati de ſoluendo ⁊ alocando quattuor florenos. ⁊ tantundem ꝑ ſigillo vnius vel duaꝝ litterarũ ſi vna vel due ſint neceſſarie. pro ſcriptura vero cuiuſlibet ipſarum litterarum ſuper hoc factarũ ſex denarios groſſos. Pro ſigillo litterarum conſtitutionis cuiuſlibet poteſtatis vicarij: ⁊ caſtellani duos florenos: ⁊ pro ſcriptura vnum florenum. Pro ſigillo litterarum cõſtitutionis cuiuſlibet clauarij alterius ꝙ Chamberiaci reſidentis duos florenos: ⁊ pro ſcriptura duos denarios groſſos. Pro ſigillo litterarum conſtitutionis cuiuſlibet ſeruientis generalis duos florenos: ⁊ pro ſcriptura ſex denarios groſſos. Pro ſigillo litterarũ cõſtitutionis ſcribe curie caſtellanie duos florenos: ⁊ pro ſcriptura octo denarios groſſos. Pro ſigillo litteraꝝ creationis cuiuſlibet notarij decẽocto denarios: ⁊ pro ſcriptura ſex denarios groſſos. Pro ſigillo litterarum conſtitutionis cuiuſlibet monetarij ſeu operarij in monete fabrica ſex florenos: ⁊ ꝑ ſcriptura decemocto denarios groſſos. Pro ſigillo lr̃aꝝ cõſtitutionis cuiuſlibet magiſtri monetaꝝ vigintiquinqꝫ florenos: ⁊ pro ſcriptura quinqꝫ florenos. Pro ſigillo litterarũ cõſtitutionis cuiuſlibet cuſtodis monetarũ quinqꝫ florenos: ⁊ ꝑ ſcriptura decemocto denarios groſſos. Pro ſigillo litterarum cõſtitutionis cuiuſlibet magiſtri generalis monetarum ſex florenos: ⁊ ꝑ ſcriptura decẽocto denarios groſſos. Pro ſigillo cuiuſlibet campſoris monetarum per magiſtrum generalem monetarum preſentati vnum florenũ: ⁊ pro ſcriptura eiuſdē ſex denarios groſſos. Pro ſigillo litterarū cuiuſlibet gabellatoris Nicie. xxv. florenos ⁊ pro ſcriptura eiuſdem quinqꝫ florenos. Pro ſigillo litterarum conſtitutionis Vicedomini duos florenos: ⁊ pro ſcriptura octo denarios groſſos. Pro ſigilio litterarum conſtitutionis grueri breſſie duos florenos: ⁊ pro ſcriptura decemocto denarios groſſos. Pro ſigillo littrarū cõſtitutionis cuiuſlibet ſcribe ſeu receptoris extentarum noſtraꝝ duos florenos: ⁊ ꝑ ſcriptura decemocto denarios groſſos.

### Taxa ſigillorum litterarum: ⁊ ſcripturarum pro vniuerſitatibus ciuitatũ villarum: ⁊ locorum confectarum.

PRo ſigillo litterarum licentie creandi ſindicos quinqꝫ florenos: ⁊ ꝑ ſcriptura decemocto denarios groſſos. Pro ſigillo litterarum conceſſionis libertatum: ⁊ priuilegiorum: decem florenos: ⁊ pro ſcriptura tres florenos. Pro ſigillo litterarum confirmationis libertatum: ⁊ priuilegiorū tres florenos ⁊ pro ſcriptura vnũ florenum. Pro ſigillo litterarum licentie date communitati faciendi taleam vnũ florenum: ⁊ pro ſcriptura tres denarios groſſos.

### Taxa ſigillorum: ⁊ ſcripturarum litterarum gratiarum: priuillegiorũ ⁊ aliorum indultoꝝ ſingularibus perſonis factarum.

Agricole ⁊ alij laboratores non deferant veſtes partitas interciſas: ferpatas: caligas ſolatas: ⁊ alia prohibita predictis artiſtis mecanicis: nec pannū in veſtibus cuius vlna Gebenarum excedat precium octo groſſorum. ⁊ in capucijs precium. xij. groſſoꝝ. ad quam quidem rationem vlne predicte Gebenarum alie vlne ⁊ menſure patrie noſtre regulabuntur ⁊ eis regulari volumus. Vxores eorum non deferant veſtes terram attingentes ad ſpacium latitudinis duorum digitorum nec manicas: quaruꝫ latitudo a cubitu vſqꝫ ad manum excedant vnum bonum tornum manualem. ⁊ longitudo non tranſcendat collum manus. nec deferant in veſtibus pānum maioris valoris q̄ ſtatutum eſt ꝑ maritis earuꝫ. In capucijs aūt deferre poterunt pānum honeſtum vſqꝫ ad valorē decem groſſorū pro quolibet capucio.

¶ De ſtatu filiarum innuptarum artiſtarum mecanicoꝝ ⁊ agricolarum.

Filie innupte artiſtarum mechanicorum laboratoꝝ ⁊ agricolarum non excedant in ſuis veſtimētis ⁊ habiliamētis ſtatum matrum ſuarum: ſed illis ſe conformabunt ſine quocunqꝫ exceſſu.

¶ De ſtatu ſponſarum nubentum quorūcunqꝫ ſtatuum perſonarum.

Filie cuiuſcūqꝫ domini magnatis vel alterius non deferant in ſolennitate nuptiali coronas in capitibus earum: nec mantellos ſuper corſetas: niſi filie noſtre ⁊ vxores filioruꝫ noſtrorū. Filie baronū ⁊ bāneretorum nubentes nō deferāt in dicta ſolennitate nuptiali veſtimenta vel habiliamenta: niſi prout ſtatutū eſt de earū ordinarijs veſtimentis ⁊ habiliamentis. Exceptis capellis aureis ⁊ gemmatis quos deferre poterūt. Filie nubentes omniū valuaſoꝝ: doctorum: licenciatorū: magiſtrorum computorū: theſaurariorum ⁊ ſecretariorum in eorum deſponſationibus ⁊ nuptijs non deferant veſtimenta vel habiliamēta: niſi ꝓut de earū veſtimētis ⁊ habiliamētis ordinarijs ſtatutū eſt: hoc excepto videlꝫ ꝙ filie valuaſoꝝ doctorū deferre poterunt capellos margaritarum ⁊ argenti deaurati. Filie vero licenciatorū: magiſtroꝝ computorum: theſaurariorum: ſecretariorū capellos argenti deaurati. Filie nubentes maiorum ciuium: burgenſium ⁊ mercatorum in ſuis veſtimentis ⁊ habiliamentis nō excedāt ſtatus ſuos ordinarios: hoc excepto ꝙ deferre poterunt flocardos cum beſſanis nō deauratis. Filie nubentes minorum ciuium burgēſium: mercatorum. arteſanoꝝ ⁊ aliorū inferiorū nō excedant in ſuis veſtimentis ⁊ habiliamentis ſtatuꝫ earum ordinarium: nec ſtatum filiarū nubentium aliorum precedentium: hoc excepto ꝙ deferre poterūt ornamētis vltra predictū ſtatū ordinarium vſqꝫ ad valorē ſex florenoꝝ parui ponderis pro ſemel.

¶ De moderatione numeri perſonarum ⁊ ferculorum nuptialium.

Si pater filie nubentis banneretus fuerit: ⁊ fecerit nuptias in domo ſua non vocabit nec recipiet ad ipſas nuptias niſi duodecim viros ⁊ totidem mulieres de ſua parentella ſeu amicitia ⁊ duodecim viros de parentella ſeu amicitia ipſius filie famulis eoruꝫ non ꝯputatis. Si vero maritus fecerit nuptias ſponſa non conducet ſecum mulieres vltra ſex. In ipſis autē nuptijs per quēcunqꝫ fiant non apponantur fercula vltra duo dupla ad duas aſſiſas: nec vinū ipocratis ſeu pigmentum: inter feſtum paſche ⁊ feſtum omnium ſanctorū. In nuptijs valuaſorum: theſaurarioꝝ: ſecretariorum: minorumqꝫ ciuium: burgenſium mercatorum non vocabuntur: nec erunt viri vltra octo: ⁊ totidem mulieres ex cōſanguineis ⁊ amicis illi⁹ qui faciet nuptias. ⁊ octo viri ex conſanguineis amicis alterius partis: famulis ſeruitoribus ſeu ſeruientibus non incluſis. Et ſi maritus faciat nuptias ſponſa nō cōducet ſecum vltra quattuor mulieres. In ipſis autem nuptijs non apponātur in menſa niſi duo fercula ad duas aſſiſas: nec ſeruietur ibidem de ipocrate vel pigmēto vltra duo feſta. In nuptijs ciuiū: burgenſium ⁊ mercatorum ⁊ minorum notariorum ⁊ aliorū inferiorum non vocabuntur nec intererunt vltra quattuor viri ⁊ totidem mulieres de conſanguineis vel amicis illius qui faciet nuptias: ⁊ quatuor viri de amicis alterius partis. Et ſi maritus faciat nuptias ſpōſa nō ducet ſecum vltra quatuor mulieres. nec apponētur in ipſis nuptijs vltra duo fercula ſimplicia ad duas aſſiſas cum debito moderamine. nec ſeruiet ibidē de ipocrate vel alio pigmēto niſi tpe ſupradicto.

¶ De moderatione conuiuiorum ad que dominus inuitatur.

Quando continget nos aut aliquem liberorum noſtrorum per quemq̄ inuitari fieri conuiuiū ⁊ fiat ipſum cōuium in ciuitate villa vel loco alio congruo: magiſter hoſpicij pro tunc exercens ipſuꝫ magiſterium tenebit ſeu teneri faciet tinellum cōmune gētium noſtrarū extra domum conuiuij expenſis noſtris: nec intrabunt nobiſcum ad conuiuium niſi vocati ⁊ electi. Si vero non fuerit ibi alius locus propinquus ad tenendum tinellum: tunc reſtringet ipſe magiſter hoſpicij quātū decenter poterit numerū ſeruitorum noſtrorum diſponet inſuper dictus magiſter hoſpicij erga inuitantem ſeu gentes ſuas ne quid ſuperflue ſeu prodigaliter expendant. Nec apponantur in menſa cibaria vltra duo fercula dupla cum vno intermiſſo ad duas aſſiſas. Nec ꝑmittat idē magiſter hoſpicij ꝙ aliq̄ cibaria cruda vel cocta extra domū ꝯuiuij apportent. Inuite āt nō tenebitur q̄cq̄ dare alicui ſeruitoꝝ nr̄oꝝ ſeu officiarioꝝ ꝓ labore exercitioqꝫ

officiorum ſuorum:niſi cochis fideliter ſeruientibus:ſi tamen eidem inuitanti placuerit.

¶ De modeſtia aliorum conuiuiorū inter amicos fienda.

QUando amicus amicum vel amicos ſuos ad conuiuium inuitat:cuiuſcunq; ſtatus fuerit inuitatus ⁊ inuitans ſeruari volumus ⁊ iubemus in talibus conuiuijs debitam modeſtiam ſine quocunq; exceſſu ferculorū:ſed potius ſub deſcenſu ⁊ inferioritate conuiuiorū predictorū ad que fuerint inuitati.

¶ De moderatione commeſſationum ⁊ viſitatione puerperarum.

IN viſitationibus mulierum puerperarum que vulgariter arballes ſeu comparalies nuncupantur: cuiuſcunq; ſtatus fuerint viſitantes ⁊ viſitate:hoc edicto prohibemus non apponi in menſa vel alias ipſis viſitantibus aliqua cibaria:niſi dūtaxat panem:vinum ⁊ fructus.

¶ De ſtatu viduali ⁊ lugubri ſeruando in domo domini.

CUm deo diſponente continget in domo noſtra caſus vidualis vel lugubris:nos vel filios noſtros non decebit deferre veſtes vel mantellos trahendos per terram.nec mantellos capuciatos de profundo:niſi de luctu patris vel matris defunctorum ſpacio quadraginta dierum:vxorum quinquaginta: fratris viginti dierum continuorum.nec nigrū pro fratribus adultis vltra ſex menſes.pro ſororib9 vltra quatuor menſes.pro minoribus fratribus ⁊ ſororibus mantellum capuciatum de profundo:nec nigrum pro liberis filie noſtre ⁊ vxores filiorum noſtrorum non deferant dicto tempore lugubri pro patrib9:matribus:maritis:fratribus:ſororibus ⁊ liberis veſtimenta lugubria:niſi prout de filijs noſtris preſtatutam eſt.nec deferant mantellos pro ſororibus inuptis:nec nigrum pro ipſis ſororibus vltra viginti dies: nec pro ſororibus nuptis pannos nigriores tameſijs cum debito moderamine ipſorū pānorū ⁊ tēporis.

¶ De ſtatu viduali ⁊ lugubri baronum ⁊ bāneretorum.

BAronēs ⁊ bānereti ac eorum filij lugubri tempore non deferāt mātellos vel veſtes longiores cauillis pedis:nec capucia de profundo niſi pro patribus ⁊ matribus ſpacio vigintiquinq; dierum.nec mantellos nec capucia de profundo pro fratribus niſi ſpacio nouem dierum.Uxores ⁊ filie innupte eorundem non excedant in ſuis veſtimentis regulam patribus ⁊ maritis earum in ipſo ſtatu viduali ⁊ lugubri preſtatutam.Sed ſecundum decentiam mulierum illis ſe conformabunt ſine pompa: nec deferant veſtimenta trahenda per terram:nec capucia excedentia corrigias earum vltra duos digitos:nec capitergia longiora capucijs vltra tres digitos.

¶ De ſtatu viduali ⁊ lugubri Ualuaſorum doctorum licenciatorum theſaurariorum magiſtrorū computorū ⁊ ſecretariorum.

UAluaſores:doctores licenciati:magiſtri computorū:theſaurarij ⁊ ſecretarij noſtri in ſtatu viduali ⁊ lugubri non deferant mantellos vel veſtes longiores vltra mediā tibiam:aut mantellum capucialem de profundo:niſi pro patribus ⁊ matribus eorum ſpacio viginti dierum. ⁊ pro vxoribus triginta dierum.Pro fratribus vero ⁊ ſororibus aut alijs conſanguineis:vel affinibus mantellos vel capucia de profundo non portabunt nec nigrū pro filijs:vxores ⁊ filie innupte eorum in dicto ſtatu non excedant regulam patrum vel maritorum ſuorum preſtatutam:ſed eis ſecundum ſtatum mulierum ſe honeſte conformabunt nec deferant mantellos vel veſtes trahendas per terram:nec capucia longiora capucijs vel capitergia capucijs vltra duos digitos.

¶ De ſtatu lugubri filiarum innuptarum baronum banneretorum valuaſorum doctorum:licenciatorum ⁊ aliorum predictorum.

FIlie innupte baronum banneretorum:valuaſorum:doctorum:licenciatorum ⁊ aliorum predictorū in ſtatu ſeu tempore lugubri non deferant veſtes pannorū nigrorum tameſijs:nec bandonos niſi de lino crudo.

¶ De ſtatu viduali ⁊ lugubri ciuium burgenſium merchatorum ⁊ notariorum ac eorum vxorum ⁊ filiarum innuptarum.

CIues burgenſes:mercatores ⁊ notarij in ſtatu ⁊ tempore viduali ⁊ lugubri non deferant mantellos vel veſtes longiores media tibia:nec mantellos vel capucia de profundo:niſi pro patribus ⁊ matribus eorum ſpacio quindecim dierū:⁊ pro vxoribus ſpacio viginti.Uxores ⁊ filie innupte eorū nō deferāt capucia excedentia corrigias earum in longitudine:nec capitergia excedentia longitudinem capuciorū ſuorum niſi de latitudine vnius pollicis. In alijs vero non excedant ſtatum aliarum mulierum precedentiū:ſed cū debito moderamine illis ſe conformabunt.

¶ De ſtatu viduali ⁊ lugubri artiſtarum mechanicorū ⁊ laboratorum.

ARtiſte mechanici:laboratores:affanatores ⁊ agricole eorūq; vxores:filij ⁊ filie in ſtatu viduali vel lugubri non faciant veſtes nouas de nigro niſi ſola capucia ſi voluerint nec deferant mātellos nec capucia de profundo niſi diebus tumulationum ⁊ ſepulturarum.

¶ De modificatione oblationum ⁊ aliarum ſolennitatum funeralium ⁊ ſepulturarum in domo domini.

Ut ſuperflua



UT ſuperflua ⁊ inutilia ad vtilitatem ⁊ ſuffragia defunctorum conuertantur. Statuimus hoc edicto ꝙ in ſepulturis virorum noſtre domus non offerantur equi pro quolibet defuncto vltra decem.Luminaria quoq; in dictis ſepulturis appoſita non accendantur nec conſumētur niſi ea q̄ erunt appoſita ſupra tumulum:⁊ ea que erunt neceſſaria ad diuinum officium exequendum Quorum quidem luminariū numerum regulandum eſſe decernimus iuxta ſtatum ⁊ dignitatem illius pro quo fient obſequia.Nec ibi conuocabuntur mulieres nec alij ſuperflui ⁊ inutiles:niſi iuxta decentiā ſtatus facientis ſepulturā:⁊ illi9 pro quo fient.Copiam vero ſacerdotum pro miſſis Celebrandis ⁊ pauperum pro elemoſinis eis faciendis ibidem decebit conuocari.

¶ De ſepulturis Baronum.

IN ſepulturis baronum non offerantur equi vltra quattuor:non accendantur luminaria niſi neceſſaria ad diuinum officium ⁊ poſita ſuper tumulum.Mulieres ibidem non conuocabūtur: nec viri ſingulares niſi conſanguinei defuncti pro quo fient obſequia attingentes in tertio gradu vel propinquiori cum ſuis ſeruitoribus ⁊ ſubditis defuncti.In prandijs ipſarum ſepulturarū non apponantur menſis prelatorum ⁊ aliorum magnatum ⁊ nobilium fercula vltra duo dupla. Menſis vero aliorum inferiorum vltra fercula ſimplicia in duabus aſſiſis.

¶ De ſepulturis banneretorum.

IN ſepulturis banneretorum non offerantur niſi duo equi:in ſepulturis vero deſcendentium ab eis plenam iuriſditionem habentium offeratur tantum vnus equus.In ceteris autem videlicet in accenſione luminarium:in vocatione amicorū:in ſeruitiis menſarum hi qui facient huiuſmodi ſepulturas ea que ſtatuta ſunt circa ſepulturas baronum ſecundum ſtatus ⁊ gradus eorum inſequentur.

¶ De ſepulturis valuaſorum.

IIn ſepulturis valuaſorum ſeu militum ſiue ſcutiferorum non deferentur equi:vexilla.penones neq; alia inſignia:niſi dumtaxat enſes ⁊ ſcuta ⁊ cymberia.In ceteris vero ad ſepulturas p pertinentibus nullus tranſgrediatur regulā ſtatutā circa ſepulturas bāneretorum.

¶ De ſepulturis omnium aliorum inferiorum.

DE ſepulturis omniū aliorū inferiorū cuiuſq; ſtatus fuerint non offerentur equi:arma vel alia quecūq; inſignia:nec ibi conuocabuntur mulieres nec viri ſingulares:niſi conſanguinei deſcēdentes in gradibus ſupradictis.Sacerdotes vero ⁊ pauperes ibidem decet conuocari arbitrio facientis ſepulturam. In prādijs vero dictarū ſepulturarū non ſeruietur niſi de vno ferculo duplo moderato ad vnam aſſiſam.

¶ De nominationibus dominorum.

UT ſtatutorum ⁊ pomparum modificatio per nos preſtatuta gradibus ⁊ noībus perſonarum conueniat:hoc edicto prohibemus:ne quis ſubditorum noſtrorum baronis titulum ſeu nomen ſibi vſurpare preſumat:niſi fuerit marchio:comes vel trahens ⁊ habens originem a tali vel equali dignitate ſeu preheminentia:⁊ cum habeat in redditu ſeu reuenuta annuali tria millia florenorū parui ponderis: vel niſi alius nobilis magnus habens in omnimoda iuriſditione ſimilem reuenutam trium millium florenorum parui ponderis ad minus.Et preter hec habeat quilibet ipſorum Baronum ad minus vigintiq; vaſallos nobiles ad homagiū ⁊ fidelitatem ſibi aſtrictos:quorum vnus ſaltem habeat omnimodā iuriſditionem:vel niſi aſcenderit per rectam lineam maſculinam cum concurrentia ⁊ retentione continua nominis ⁊ armorum ab antiquis Baronibus:⁊ cum hoc habeat omnimodam iuriſditionem. Sub pena per nos vel conſilium noſtrum vel aliū cui cauſa trāſgreſſionis huius edicti noſtri duxerimus committēdam contra quoſcunq; ipſius edicti tranſgreſſores declaranda.

¶ De Banneretis.

NUllus preſumat ſe nominare in patria noſtra banneretum niſi ſit nobilis habens ad minus vnum caſtrum inſolidum:⁊ quattuor viginti focos ſeu domicilia hominum in pleno ⁊ omni dominio.et feudum ſeu feuda ⁊ homagia nobile ſeu nobilia.Uel niſi traxerit originem per rectam lineam maſculinā cum retentione continua nominis armorū ab antiquis bāneretis ⁊ cum hoc habeat plenam ⁊ omnimodā iuriſditionem.Sub pena huius edicti noſtri per quēlibet tranſgreſſorem declaranda.

¶ De nominationibus filiorum familias ⁊ filiarum.

NE pueri vel adoleſcentes ad ellationem faciles vento vanitatis impleantur:⁊ ſe ad gradus impertinentes extollāt:prohibemus hoc edicto ne qs audeat nominare liberos vtriuſq; ſexus quorūcūq; magnatum noſtre domus domicellos: niſi dūtaxat liberos noſtros ⁊ ſucceſſorum noſtrorum in noſtra ducali dignitate:vel niſi puellas ſeu filias marchionum ⁊ comitū:ſub pena ſupradicta.

¶ De nominatiōibus dominorum.

NUllus nominetur vulgariter dominus alicuius loci niſi ſit Baro vel Banneretus antiquus aut alius nobilis dominus loci ſui nominis vel caput armorū ſuorū:aut habens caſtrū ſeu fortalitiū cū

omnimoda iuriſditione. Sub eadem pena.

¶ De furchis.

Barones: bannereti ⁊ alij omnimodam iuriſditionem cum vltimo ſupplicio habētes non facient nec permittent in ſuis territorijs erigi vel plantari furchas trium pomellorum nec pomelletas niſi ſit Marchio vel comes: vel niſi ab antiquo tales habere conſueuerint: ꝙ ſi forte per quemcunq̄ in cōtrariū attemptatum fuerit tales furchas prohibitas: inhibemus per officiarios attēptationem huiuſmodi ⁊ eorum defectum ſeu negligentiam per officiarios noſtros reſorti cōfeſtim demoliri ⁊ ad terram proſterni.

¶ De inſignijs ⁊ armis.

Arma vel inſignia ab antiquo non habens: vel cui per imperialem maieſtatem: aut per nos vel aliū habentem ad hoc poteſtatem collata non fuerint vel alias p̄miſſa de nouo ſibi aſſumere deferre: depingiq̄ vel ſculpi facere: aut alias vti nō preſumat: ⁊ ſi ſecus p̲ quēq̄ fuerit attemptatū ſtatim poſtq̄ de tali preſumptione conſtiterit caſtellano vel officiario noſtro loci preſumptionis huiuſmodi p̲ ipſum officiarium predicta arma vel inſignia ſi contra hoc edictum noſtrum aſſumpta. depicta vel ſculpta vbicunq̄ reperta fuerint deleri: lacerari ⁊ aboleri iubemus in ruborē talis temerarie aſſumentis loco pene: mercatorib⁹ marcharū ſuarū inſignia ꝯſueta: ⁊ eorū vſum debitū pro ſuis mercātijs exequēdis relinquētes.

¶ De penis tranſgreſſorum ſtatutorum huius quinti libri.

Quia vana ⁊ inutilis eſſet ſtatutorum noſtrorum premiſſorum edictio: niſi effectus ⁊ executio ſequerentur: ⁊ vt ſaltem penarum terroribus arceantur: quos ad parendum propria voluntas nō inducit omnibus ⁊ ſingulis cuiuſcunq̄ ſtatus ⁊ vtriuſq̄ ſexus ſubditis noſtris huiuſmodi ſtatutorum noſtrorum ſub quinto preſenti libro contentorum tranſgreſſoribus penā pecuniariam quarte partis valoris rei ſeu rerum circa quam ſeu quas tranſgreſſionem fieri contingerit in veſtimentis: habiliamentis: ornomētis: nuptijs: arbalijs: cōuiuijs: ſepulturis vel alijs p̄miſſis: in ⁊ ſuper quibus alia pena ſpecialis non eſt ſuperius ſtatuta imponimus: ⁊ in quolibet tranſgreſſore declaramus hoc edicto p̲ Bailiuos: poteſtates: Vicarios: Caſtellanos: Capitaneos ⁊ alios locorum officiarios a quolibet vtriuſq̄ ſexus trangreſſore pro qualibet tranſgreſſione exigendam: ⁊ in pios vſus retenta ſibi pro labore executionum edictorum noſtrorum quarta parte ipſarum pecuniarum penalium per modum in capitulo de maledicis: ⁊ blaſfemijs pre ſtatuto conuertendā: ⁊ diſtribuendā. Et ſi forſan quiſq̄ trāgreſſor dictorū ſtatutorū noſtrorum vtriuſq̄ ſexus ex ſolutione dicte pene ſenſerit ſe grauatum: ⁊ penam ſupraſcriptā ſubire maluerit: officiarius ad quē vt prefertur ipſius pene pertinebit exactio: pro pena cuiuſlibet trāgreſſionis exigat dūtaxat a quolibet trāgreſſore vt ſequitur, videlicet a quolibet Marchione: Comite: Barone. bānereto eorūq̄ vxoribus ⁊ liberis vnam marcham argenti puri: a quolibet valuaſſore: doctore: licentiato: Theſaurario: magiſtro computorum: ciue: burgenſe: ⁊ mercatore vnum ducatum monete noſtre: a quolibet inferiore vnū florenum parui ponderis eiuſdem monete.

¶ Quod marchiones: comites: barones: bannereti: ⁊ ceteri iuriſditionem habētes in patria domini in ſuis territorijs per ſuos officiarios ſtatuta predicta erga ſubditos eorum faciant obſeruari.

Vt omnibus honores debiti ſeruentur: ⁊ iura ſua relinquantur: ſtatuimus ꝙ omnes ⁊ ſinguli Marchiones: comites: barones: bannereti: ⁊ ceteri quicunq̄ intra patriam noſtram iuriſditionem habētes omnia ⁊ ſingula ſtatuta noſtra huius quinti libri prout de alijs ſtatutis ediximus libro tertio in ſuis territorijs: dominijs ⁊ locis in quibus iuriſditionem habent: in ⁊ ſuper omnes ⁊ ſingulos ſubditos noſtros ⁊ iuriſditiones ſuas per eorum officiarios plenarie faciant exequi: ⁊ inuiolabiliter obſeruari. Penaſq̄ a tranſgredientibus ipſa ſtatuta exigi: ⁊ in pios vſus retenta ſibi quarta parte iuxta ipſorum ſtatutorum noſtrorum decreta conuertendas.

¶ Clauſula finalis auctorizatiōis ⁊ publicationis ſtatutorū oīum totius Libri.

Nos Amedeus Dux Sabaudie chablaſij ⁊ Auguſte princeps. Marchio in Italia: Comes pedemōtium: gebenēſis: valentinēſis: dienſis: dominuſq̄ Nicie ⁊ Vercellarum ⁊c. Poſt longā ⁊ maturam viſionem: lectionem: correctionem ⁊ abbreuiationem ſtatutorum noſtrorum noſtre generalis reformationis in preſenti compendio ſub quinq̄ libris prenotatis comprehenſorum in noſtra preſentia cum noſtri procerum circūſpectorum virorum Eccleſiaſticorum: doctorum millitum: ſcutiferorum ⁊ aliorū deliberatione cōſilij nuper factum ipſa ſtatuta noſtra ſupraſcripta viue vocis oraculo: dilecti fidelis Cācellarij noſtri Sabaudie domini Joannis de belloforti legum doctoris ⁊ militis ad perpetuam ipſorum ſtatutorum firmitatem: auctorizauimus: decreuimus: ⁊ diximus: ⁊ per oſtenſionem regiſtri in quo tunc continebantur publicauimus: ac per omnes ⁊ ſingulos officiarios: iuſtitiarios: ⁊ ſubditos noſtros immediatos: ⁊ mediatos omnium ſtatuum: prout quemlibet eorum concernere poſſunt: ⁊ cōcernunt ſub penis ibidem contentis precepimus ⁊ iuſſimus inuiolabiliter obſeruari: eiſq̄ tāq̄ iuribus vti iuxta ipſorum ſtatutorum



tutorum continētiam atq̄ formam. Saluis clericis in principali prohemio deſcriptis: necnō bonis rationalibus: ⁊ laudabilibus ciuitatum: villarum: locorum: ⁊ territoriorum patrie noſtre conſuetudinibus: frāchiſijs ⁊ libertatibus rite conceſſis ⁊ concedendis: quibus per hec ſtatuta noſtra non intendimus nec volumus derogare. Salua etiā ⁊ perpetuo reſeruata nobis ⁊ noſtris in noſtra ducali dignitate ſucceſſorib⁹ plena ⁊ libera facultate huiuſmodi ſtatuta noſtra declarādi interpretandi: corrigendi: mutādi eiſq̄ addēdi: minuendi p̲ut neceſſitati: ⁊ vtilitati reipublice ab altiſſimo cōmiſſe adminiſtrationis iuxta caſuū ⁊ cauſarū occurrentiū. locorū exigentiam ⁊ temporū. varietatem viſum fuerit expedire. In quorū omnium ⁊ ſingulorum ſtatutorū noſtrorum premiſſorū: auctoritatiſq̄ decreti: ⁊ publicationis predictorū robur. ⁊ fidem vnum vel plures libros ipſa ſtatuta continentē ſeu continētes. Per fidū dilectum conſiliariū: ſecretariū ⁊ ſcribam noſtrum ipſorum ſtatutorum noſtrorum nicodum feſti de ſalanchia notarium publicum confici iuſſimus: cunctis inde copiam habere volentibus: ⁊ petentibus ad ipſam copiam habendam: ſumendam: exhibendam ſeu exhibendos.

¶ Datum Chamberiaci in caſtro noſtro ianuis apertis. Preſente inſignium virorum ac populi multitudine: inter quos ſpecialiter ⁊ nomīatim fuerunt aſſumpti ⁊ deſcripti teſtes domini camere: Gaſpard⁹ de mōte maiori mareſcallus miolani Codree. Henricus de colūberio. Lābert⁹ odineti p̄ſidēs ꝯſilij Chāberiaci. Glaudi⁹ de ſaxo p̄ſidēs camere cōputorū caſtri veteris: Joānes de fonte aduocatus fiſcalis generalis. Anthoni⁹ de dragonib⁹: Anthonius carioni: Joānes odineti: Glaudius de camera: Ludouicus de luyriaco: Petrus de mentone: Petrus de cuina: Robertus de monte vuagardo magiſter hoſpicij: Guilliermus fabri iudex maior ſabaudie: Petrus veromeſij: Petrus garneri: Joannes burlandi. Petrus de calcibus: Mermetus arnaudi: Joānes reuerditi: Petrus grangie: Anthonius ⁊ amedeus belletruche. Glaudius ⁊ Roletus condre: Guigonetus mareſcalli: Joānes de diuona: ⁊ Amede⁹ merchādi milites ſcutiferi: doctores licentiati: iuriſperiti. prouidiq̄ circūſpecti viri. quilibet eorum in gradu ſuo die ſabbati poſt feſtū Eucariſtie chriſti: que fuit decimaſeptima menſis Junij. Anno dominice natiuitatis Milleſimo quatercenteſimo trigeſimo. Inditione octaua. Nicodus feſti.

¶ Explicit Liber Quintus ⁊ Vltimus decretorum dominicalium.

¶ Sequuntur Statuta ſeu Decreta Dominicalia per Illuſtriſſimam dominam Yolant Duciſſam: Illuſtriſſimiq̄ dn̄i Philiberti Sabaudie ducis eius filij tutricem condita.

¶ Statuta ſuper alienatione bonorum feudalium.

YOLANT. Primogenita ⁊ ſoror chriſtianiſſimorum Francie regū Duciſſa Sabaudie tutrix: ⁊ tutorio nomine Illuſtriſſimi filij noſtri cariſſimi Philiberti ducis Sabaudie chablaiſij ⁊c. Vniuerſis ⁊ ſingulis hui⁹ pagine ſeriem inſpecturis ſalutem ⁊ noticiā rei geſte. Vt princeps populis ſubiectis poſſit dn̄ari ⁊ imperare non ſolum ciuilib⁹ legibus: ſed ⁊ diuino iure optime ſtabilitum eſt: ſic ⁊ illorum vtilitati fauoribus cōſeruationi ſummopere conſulere: quicquid ſtudij ſolicitudinis opere in eis cura p̲uigili decet impendere. Sane poſteaq̄ prefati Illuſtriſſimi filij noſtri Ducis ob deceſſum ſup̲ Illuſtriſſimi bone memorie domini ⁊ conthoralis noſtri domini Amedei Ducis Sabaudie eius genitoris tutelle perſoneq̄ ⁊ bonorū admiſtratio ceu eius genitrici Jure nobis vendicata eſt: Cogitur ex debito ſalubria queq̄ patrie ac ſubditis ducalib⁹ flagitare: haud quaq̄ inciuile indignum ve arbitrantes. Si quid iure ſtabilitum in ſubditorum perniciem vergere dignoſcatur: id mitiore ſanctione lenire. Multis itaq̄ ſubditorū ducaliū ꝙ maxime patrie ⁊ dictionis ciſmontane didicimus querelis. Quod quia iure feudorum cautum eſt res ⁊ bona feudales ⁊ feudalia in aliam quācunq̄ p̲ſonam preterq̄ in agnatos ei⁹ a quo poſſidentur: que res in tota ipſa ducali patria ciſmontana hactenus inoleuit ⁊ obſeruata eſt: nullaten⁹ alienari poſſe: cum plures ⁊ varij nobiles ⁊ feudatarij: preſertim hij qui filiabus nubilib⁹: aut etiā debitis onuſti ſunt ex hoc plurimū grauātur. Eo maxime ꝙ licet bona feudalia habeāt pecunijs tamē numeratis vacui remanent nōnunq̄ inſoluta. Et ipſe filiarum dotes ⁊ alia debita ſua in eorum dedecus atq̄ damnum remanent inſoluta. Et ipſe filie ꝙ magnifaciendum eſt vt plurimū innupte. Cum nec agnati bona ipſa feudalia ab eiſdem niſi lōge vili precio emere curent: nec illa in alios extra agnationem ſuam fas ſit quouis pacto transferri. Cui nē pe tam graui: tamq̄ communi iacture ſummopere conſulere: ⁊ optima adhibere remedia noſtra ꝙ maxime intereſt. Eo quidem ſolertius vigilantius occurramus quo dictorum Ducalium ſubditorum ſupplicatione ad id incitamur. Ex noſtra igitur certa ſcientia: matura primitus procerum ⁊ peritorum conſilij noſtri freta deliberatione: rebus ipſa ſepius ac iteratis vicibus diſcuſſa ⁊ plene digeſta: pro prefato Illu

ſtriſſimo filio noſtro ſuiſqꝫ heredibus ⁊ ſucceſſoribus vniuerſis tutorio nomine predicto: ac ex noſtre plenitudine poteſtatis hoc perpetuo ⁊ irrefragabili edicto in perpetuum valituro ſancimus, ſtatuimꝰ: ⁊ edicimus. Quod aſmodo inantea oēs ⁊ ſinguli nobiles: ⁊ alij qcūqꝫ feuda nobilia ſeu res ⁊ bona feudales ⁊ feudalia: ⁊ q̄ de feudo nobili ducali aut alterꝰ cuiuſcūqꝫ pſone mouent: aut in futurū mouebunt hn̄tes: tenentes vel poſſidētes: ac eoꝝ ⁊ cuiuſlibet eoꝝ ppetua poſteritas nata pariter: ⁊ naſcitura pro filiabꝰ ſuis nuptui collocādis, ⁊ earū dotibus aut alijs debitis ſuis perſoluēdis, Etiā ad ſubueniēdū alijs quibuſcūqꝫ neceſſitatibus ſuis poſſint ⁊ valeāt: ac eis ⁊ cuilibet ipſoꝝ pleno iure liceat: noſtro tamē ſeu prefati filij noſtri aut heredū ⁊ ſucceſſoꝝ ſuoꝝ prehabito: ⁊ interueniente conſenſu: ipſas res ⁊ bona ipſa feudales ⁊ feudalia titulo venditionis, aut alterius cuiuſcunqꝫ alienationis in quācunqꝫ pſonam ad id capacē aliā ꝙ in agnatos ſuos: ⁊ extra agnationē ſuā in toto vel in parte transferre: ⁊ alienare pro ſue libito voluntatis. Si tamē ⁊ caſu quo ipſorum alienātium ſeu alterius eorum agnati res ⁊ bona huiuſmodi feudales ⁊ feudalia que p alienātes ſeu alienantē eiſdem primitus venalia offerri ⁊ preſentari volumus: illas ⁊ illa condecenti precio emere ⁊ preciuꝫ ipſum exburſare renuerint vel alias contēpſerint: aut plus debito diſtulerint, ⁊ nō alias aliter nec alio modo. Quaſquidē alienationes quotquot facte fuerint pleno iure valere ac perpetuā roboris firmitatē obtinere volumus ⁊ decernimꝰ ac ſi in agnatos p̄dictos facte eſſent. Ita ⁊ taliter ꝙ ab ipſis agnatis aut ſucceſſoribus ſuis ſeu altero ipſorum nullus regreſſus ad ipſa bona feudalia que ſic vt ſupra fuerint alienata: nulla qꝫ in integrū reſtitutio aduerſus tales alienationes ex tunc imperpetuum haberi impetrari aut obtineri poſſit nec debeat. Sed ſint ⁊ intelligantur ac eſſe ⁊ haberi debeant ipſi agnati eorūqꝫ ſucceſſores ab huiuſmodi bonis feudalibus ſic alienatis: omnibuſqꝫ iuribus: actiōibus: rationibꝰ: prorogatiuis: ſucceſſionibus ⁊ querellis: necnon ab omni regreſſu ac in integrum reſtitutione: que quos ⁊ quas in eiſdē iure agnatiōis haberi poſſent penitꝰ excluſi atqꝫ priuati iuris diſpoſitiōe i ꝯtrariū faciēte. Etiā ꝯſuetudine diutius obſeruata: necnō quacūqꝫ in integrū reſtitutiōe: ſi ꝙ forte in aduerſum fieri ꝯtigat: Et alijs qbuſcūqꝫ i aduerſuꝫ faciētibꝰ nō obſtātibꝰ ⁊ penitus reiectis. Sup quibꝰ oibꝰ quo ad p̄miſſa cauſis pretactis ex dicta certa ſcientia noſtra: ac ex noſtre plenitudine poteſtatis gracioſe diſpenſamus: ⁊ illis per hec expreſſe derrogamus ⁊ derrogatū eſſe decernimꝰ. Mādātes ea propter ⁊ diſtricte p̄cipiētes ꝯſilio nobiſcū: ⁊ citra tramontes reſideñ. Necnō vniuerſis ⁊ ſingulis gubernatoribꝰ: Bailliuis: Vicarijs: Capitaneis: Poteſtatibꝰ: Caſtellanis: Iudicibus: Procuratoribus ac ceteris Ducalibus patrie ciſmōtane officiarijs: ⁊ iuſtitie miniſtris mediatis ⁊ immediatis vbilibet conſtitutis moderniſqꝫ ⁊ futuris: ipſorumqꝫ officiarioꝝ locateñ, ⁊ cuilibet inſolidum. Quatenus huiuſmodi edictū: ⁊ literas noſtras iuxta earū formā ex nunc in perpetuuꝫ inuiolabiliter obſeruent. Et per quoſcunqꝫ faciant ad vnguem obſeruari. Et vt omnibus innoteſcat voce preconis locis ⁊ moribus aſſuetis ſi expedierit faciant publicari. Id aūt quo tenacius obſeruetur: ⁊ maiorem ſorciatur auctoritatē in volumine ſtatutorum generalis Sabaudie reformationis. Etiā ad perpetuam rei memoriam iubemus inſeri. Has in premiſſoꝝ teſtimoniū ſub ſigilli cancellarie ducalis munimine concedentes. Datas in Montecalerio die tertia mēſis Iulij. Anno domini milleſimo quatercenteſimo ſeptuageſimoquinto. Per dominam preſentibus dominis Reuereñ. Ioāne de compeſio Epiſcopo Taurinē. Vrbano boniuardi epiſcopo Vercellaruꝫ. Petro de ſancto michaele cancellario Sabaudie. A. lamberti decano Sabaudie. Anthonio de plozaſcho preſidēte. Ludouico domino Ananchiaci magiſtro hoſpicij. Michaele de canalibus. Lafranco de aduocatis. Oldrado caneuoxij. Philippo cheurerii aduocato fiſcali. Rufino de murris financiarum generali: ⁊ Alexandro richardonis Theſaurario Sabaudie. Lamberti.

CONſilium Illuſtriſſimi Principis domini noſtri domini Philiberti Sabaudie ⁊c. Ducis cuꝫ eo reſidēs. Vniuerſis ſerie pſentiū facimꝰ manifeſtū. Quod nos viſis dominicalibus lr̄is retroſcriptis Et ad inſtantiam ꝓcuratoris fiſcalis corā nobis: ⁊ in noſtro cauſaruꝫ auditorio ꝓ tribunali ſedentibus lectis: ⁊ publicatis paratū offerimus illis poſſe tenus vt tenemur obedire ⁊ eas obſeruare. Has in teſtimoniū concedentes. Datas Rippolis die tertia Nouembris, milleſimo quatercenteſimo ſeptuageſimoqnto Per conſilium preſentibus dominis. Petro de ſancto michaele cancellario Sabaudie. Anthonio de plozacho preſidēte. Michaelle de Canalibꝰ. Lanfrancgo de aduocatis: ⁊ Oldrado caneuoxij. Fauyer.

¶ Reformatio ſtatutorum ſuper cauſarum acceleratione.

YOlant primogenita ⁊ ſoror chriſtianiſſimoꝝ Francie regum: Duciſſa tutrix ⁊ tutorio nomine Illuſtriſſimi ⁊ ſuperexcelſi principis filij noſtri cariſſimi Philiberti Ducis Sabaudie chablaſij ⁊ auguſte ſacri Romani imperij: principis: vicarijqꝫ ppetui: Marchiōis in Italia principiſqꝫ Pedemontiū: Nicieqꝫ Vercellarū ac Friburgij domini. Ad perpetuam rei geſte memoriam. In recta eligendi boni ratione: ad quod humanus naturali ratione aſpirat animus: nōnūꝙ error irripiat. Ea potiſſimū cauſa: qua cum teſte philoſopho ellectio non niſi precognitis exiſtat ille in recte eligendo deficiat neceſſe eſt: qui inter eligēda qd vtilꝰ: qd ſalubrꝰ: quidue bene gerēdo cōueniēs ſit: non ſatis agnoſcit. Prefuerūt ſuperiore tempore



tempore huic inclitiſſimo Sabaudie dominio clariſſimi principes diue memorie comites atqꝫ duces illuſtriſſimi iuſtitie cultores. Quoꝝ res p̄clare magnificeqꝫ geſte in hodiernuꝫ vſqꝫ diem admodū celebrant ac felicis recordationis Illuſtriſſimꝰ Amedeus primus Sabaudie dux: cuius clemētiam: probitatē: prudentiaꝫ illarumqꝫ optimaꝝ virtutū ſtudia mirabantur vniuerſi: Ille nēpe inter cetera preclara a ſe geſta ſtatuta generalis ſabaudie reformationis rem quidē ſanctā ⁊ prope diuinā: quo credita ſibi dominia ſanctius iuſtiꝰ equs regerent ſubditorū ſaluti ſummopere ꝯſulerūt ſalubriter credit: Et ſiquid ſtudij laboris cōſilij ineo fuit i republica recte beateqꝫ adminiſtrāda ſolers adhibuit. Poſteaꝙ vero Illuſtriſſimꝰ pie memorie dominꝰ ⁊ ꝯthoralis meꝰ metuendus dn̄s Amedeꝰ ſabaudie dux prelibati filij noſtri moderni ducis genitor: volente deo nature debitū abſoluit: ⁊ ad ſuperos migrauit: nunc tam amplū ipſius ducatꝰ ſabaudie dominium ad opus memorati dilectiſſimi filij noſtri in pupillari etate conſtituti pius ⁊ miſericors deus noſtris debilibus credidit humeris regendum ⁊ ꝓ viribus conſeruandū. At reuera inter graues nobis incombentes ſarcinas potiſſimum ea noſtro iugiter inſidet animo ex felici iuſtitia ſub noſtri regimine vt equo liberamine ⁊ ſine fauore ſic ⁊ breuiter amputatiſqꝫ ſuperfluis ac friuolis quibuſcunqꝫ miniſtretur: Cernimus quidem ⁊ id multorum didicimꝰ querelis tam: ⁊ ſi ex predicta generali reformatiōe litium accelerationi optime ꝓuiſum ſit: cauſas ipſas longius prolixiuſqꝫ debito protrahi. Quo fit vt ptes litigantes grauibus plerūqꝫ conſumantur laboribus ⁊ expenſis: Volentes itaqꝫ multis abuſibus ex qbꝰ tum partium litigantium aut aduocatorum ſeu cauſidicoꝝ caliditate: tum ius reddentiū in curia: nōnūꝙ etiam ſub varia ſpecie dilationum dari ſolitarum cauſarum deciſiones prothelari videntur viam p̄cidere ⁊ earum accelerationi ſumme conſulere vtiliter ſalubriterqꝫ geſtis: ⁊ ex dicta generali reformatiōe decretis aliquid vtilius ⁊ ſalubrius adicere: ac ex precognitis bonis (vt par eſt) ellicere memoria matura ꝓcerum peritorum ſup his prehabita deliberatione: ⁊ re ipſa in pluribus peritorum cōcionibꝰ ſepius ⁊ iteratis vicibus primitus ruminata diſcuſſa pleraqꝫ digeſta capitula in predicta generali reformatione comprehenſa ad abreuiationē cauſaruꝫ edita modificando: qualificando ⁊ eiſdem ſuperaddendo ex nr̄a certa ſciētia: ⁊ ex noſtre poteſtatis plenitudine hoc ꝑpetuo ⁊ infragabili ſancimus ⁊ ſtatuimus edicto prout ⁊ quemadmodum in ſubſcriptis capitulis ſeriatim deſcribuntur.

¶ Quod procuratores ſiue actorum ſiue reorum ⁊ quarūcunqꝫ partium in prima vel in ſecunda dilatione debeant rite fundare iudicium.

NE iudicium reddatur illuſorium: hoc perpetuo ſtatuimus edicto ꝙ procuratores ſiue actoruꝫ: ſiue reorū: ⁊ quarūcunqꝫ partiuꝫ in cauſis quibuſcūqꝫ tribunalibus ⁊ iudicibus ſeu ius dicentibꝰ i tota dictione ſabaudie tam citra ꝙ vltramontana: ⁊ tam mediata ꝙ immediata vbicunqꝫ: ⁊ qualitercunqꝫ vētilantibus: ⁊ de cetero ventilandis comparantes debeant ⁊ teneantur in prima aut ſalteꝫ in ſecunda dieta iudicium rite fundare ſub pena ſexaginta ſolidoꝝ fortium per quēlibet non obtemperanteꝫ vice qualibet cōmittenda: ⁊ fiſco ꝓ duabus ⁊ parti aduerſe ex tertia partibus applicanda ⁊ exigēda anteqꝫ admittatur vlterius ad comparendum in eadem cauſa.

¶ Quod nulli procuratori liceat tradere aliquas cedulas vel dictamina niſi ſint ſignate aduocati etiam ſupplicationes in vim petitionis ⁊ libelli:

SOlent plerunqꝫ partes litigātes defectu patrocinantiū procuratoribus p̄ſertim qui iura nō norunt ad dictamina ſe ingerētibus ſuis iuribus fruſtari ⁊ ab optimis cauſis nōnunꝙ ſuccumbere: hoc igit ſtatuto prohibemus: ne cuiqꝫ procuratorum ⁊ cauſidicoruꝫ liceat offerre vel tradere aliquas cedulas vel dictamina in cauſa vel cauſis in qbꝰ cōparebunt niſi ſint ſignate manu alterius aduocati noti ⁊ praticare ſoliti graduati in aliqua vniuerſitate: nec eas vel ea ſubſcribi vel ſubſignari facere ꝑ iudi. Et hoc ſub pena pari premiſſa: vt ſupra ꝓxime cōmittenda: applicanda ⁊ exigenda. At nihilominus huiuſmodi cedule: ⁊ dictamina ſi non ſint ſic vt ſupra ſignate non admittantur: ſed repellantur ⁊ non valeant. Ita ēt ꝙ ſupplicationes in vim petitionis vel libelli in quocūqꝫ iudicio nō admittat: ſed oīno repellant niſi ſint vt ſupra ſignate.

¶ De iuramento calumnie ⁊ modo circa illud obſeruando.

CVm ſepenumero ſuper iuramento calumnie contingat ſub dolis verſucijs alteram partium ab altera multotiens decipi. Quo euenit vt partes ipſe grauibꝰ premantur expenſis. Ne igitur de cetero ſuper hoc dubium oriatur: hoc perpetuo ſtatuimus edicto: ꝙ omiſſio ipſius iuramenti calumnie generalis ſuper tota cauſa quātūcunqꝫ fuerit preſtari petitum nullo modo debeat nec intelligatur proceſſuꝫ reddere nullum. At ſi iudice ſeu iudicibus aut iuſdicentibꝰ iubente ſeu iubentibus expreſſe parteꝫ iurare: ꝑs ipſa recuſet: talis recuſans datis ſibi ad id duabus dilationibus cominatorijs ſeu duobus iuſſibꝰ: aut vno iuſſu ⁊ vna cominatione in pſonam ppriā: aut in perſonā ſui procuratoris penā iuris incurrat. Quod qui deꝫ iuramentū actor ſeu ſupplicans aut appellans in prima aſſignatione: ſi ſua putauerit intereſſe p̄ſtet ⁊ preſtare poſſit: ⁊ per partem ream ſupplicatam ſeu appellatam preſtari requiret. Reus autem ſiue ſupplicatus aut appelatus in ſecunda dilatione ſeu aſſignatione proponēdo exceptiones ſuas pariter ſi ſua in

tereſſe putauerit iuret de calumnia: ⁊ per actorem ſupplicantem ⁊ appellantem iurari poſtulet ſi priꝰ nō fuerit iuratum:alias ad predictum iuramentum poſtulandum ex aduerſo preſtādum non admittatur. Et huiuſmodi iuramento poſt predictas aſſignationes petito licet preſtitum nō fuerit nullū partibus afferri preiudicium volumus:nō obſtāte iuris diſpoſitione in contrarium diſponēte:ſuper qua ex certa ſciētia noſtra:⁊ ex noſtre poteſtatis plenitudine quo ad hec diſpenſamus:⁊ illius rigorem hoc decreto mitigamꝰ.

¶ In cauſis interloqui vel ordinari nulli petere liceat niſi in ſcriptis vel pronunciare.

Fruſtratorias ⁊ inutiles expenſas partibus litigantibus:⁊ plures labores iuſdicentibus afferre exploratum eſt in interlocutorijs:⁊ ordinationibus ſine iuſta cauſa inſiſtendo. Statuimus igitur hoc edicto perpetuo ꝙ amodo nulli procuratori liceat petere ordinari vel interloqui in cauſa vel cauſis quibus ꝯparebunt:niſi in ſcriptis hoc proponatꝛ per patronū cauſe cedulando cuꝫ inſertione cauſaꝝ ꝑꝑ quas ita petatur ordinari:⁊ hoc ſub pena ſexaginta ſolidoꝝ fortium per contrafacientem committēda:⁊ fiſco ꝓ duabus partibus ⁊ pro tertia parti aduerſe applicanda ⁊ exigenda. Ubi auteꝫ ordinari vel interloqui cōtingat ſeruari volumus formam capituli incipientis:ad friuolas exceptiones.

¶ Quod actor debeat poſt datam petitionem ſuaꝫ in prima vel ſecunda dilatione producere iura per que ſuam petitionem iuſtificare intendit.

Ne partibus litigantibus in longuꝫ protrahendi relinquatur occaſio. hoc perpetuo ſtatuimꝰ edicto. ꝙ in omnibus ⁊ ſingulis cauſis tam ciuilibus ſiue ſint pecuniarie ſiue non pecuniarie:ꝙ etiam fiſcalibus ⁊ patrimonialibus:aut mixtis:ſiue primarū inſtantiarum ſiue appellationum aut ſupplicationum:aut alias coram conſilijs nobiſcum aut chamberiaci vel etiam vltramontes reſidentibus:⁊ quibuſcunqꝫ iudicibus ſeu iuſdicentibus aut altero ipſoꝝ ventilantibus ⁊ in poſterum ventilandis actor ſeu appellās vel ſupplicans poſt datam petitionem ſuam:quam dare debet in prima aut ſecunda dieta iuxta formā capituli incipientis. Quoniam iuxta petitionis formam:⁊ poſt rei ſeu ſupplicati vel appellati reſponſionem aliamqꝫ dilationem ſubſecutam ad quam faciendam ſeruari iubemus formam capituli incipientis. Partibus legitime cōparentibus debeat ⁊ teneatꝛ ipſe actor ſiue ſupplicans vel appellans vbi per delationem iuramenti iuxta formam capituli incipiētis:Jureiurando: Cauſa ipſa non diffinietur ad ſue petionis vel intentionis iuſtificationem producere ⁊ hoc in prima vel ſecunda dieta ſeu termino aut aſſignatiōibꝰ dūtaxat per iuſdicentem ſeu iuſdicentes eidē actori ſupplicāti ſeu appellanti danda breui vel longa ſecundū perſonaꝝ ⁊ cauſarum qualitates ⁊ locoꝝ diſtantias ꝓut eidē iuſdicenti ſeu iuſdicētibꝰ videbitꝛ faciēdū ſm formam capituli incipientis:Negata per reuꝫ petitione. Que etiam idem actor ſupplicans ſiue appellās producere poſſit dando petitionem ſuam eodem contextu ſi voluerit. Quam petitionem ſi actor ipſe non dederit in prima vel ſecunda dietis vt ſupra. Reus ſic in ius vocatus ab obſeruatione iudicij abſoluatur.

¶ De modo ⁊ termino deliberandi ⁊ opponendi per reum ſuper productis per actorem ⁊ econtra.

Premiſſis itaqꝫ per actorem ſiue ſupplicantem aut appellantem ſic vt ſupra geſtis: Reus ſiue ſupplicatus aut appellatus teneatur ⁊ debeat contra ex aduerſo producta poſita:deducta:aut articulata deliberare:reſpondere vel opponere prout ſibi videbitur:necnō inſtrumenta:acta ⁊ iura ſua:aut poſitiones vel articulos ⁊ ea per que intentionem partis aduerſe elidere:⁊ exceptionem ſeu exceptiones ſuas iuſtificare pretendet ꝓducere:⁊ hoc in prima dilatione ſiue in ſecunda dūtaxat per iuſdicentē ſeu ꝑ iuſdicentes eidem reo ſupplicato ſeu appellato dandis. Poſtqꝫ idē actor ſupplicans ſiue appellās contra ex aduerſo ꝓducta ſiue deducta teneatꝛ debeatqꝫ:ſi ſua putauerit intereſſe:deliberare:reſpōdere vel opponere ac ꝓducere ⁊ deducere prout ſibi videbitur termino vnico. Et ſimliter poſt premiſſa reus ſiue ſupplicatꝰ vel appellatus ſic facere poſſit in alio vnico termino:ita ꝙ tā actor ſupplicans ſiue appellās ꝙ etiam reꝰ ſupplicatus ſiue appellatus poſſint duplicare:triplicare:⁊ quadruplicare circa ipſius propoſita per actorem vel reum:ſic ꝙ materiam nouam ad merita libelli ⁊ exceptionū principaliter oppoſitarum deducere non poſſint:duplicando:triplicando:⁊ quadruplicādo: ⁊ ſi faciant non admittantur in eadem inſtantia: ſed repellantꝛ:⁊ pro non deductis habeantur ipſo iure.

¶ De modo ſeruando circa oppoſitiones quas contra inſtrumenta ꝓducta quo ad formam extrinſecam fieri continget.

At ſi ſuper oppoſitionibus quas in iudicijs ſepenumero contingit contra inſtrumenta: que producuntur ex predicta generali reformatione ducalis Sabaudie ditiōis in capitulo incipiēte. Quādo in iudicio:ſub rubrica. Qualiter iudex procedre debeat:debitus modus ſit ſtabilitus. Quia tamen ex oppoſitionibꝰ que contra inſtrumenta huiuſmodi:ꝑſertim quo ad formā extrinſecam fiunt cauſas multuꝫ ꝓthelari:ꝑteſqꝫ ꝓducentes admodū grauari ſepius exploratum:⁊ vt cauilloſis obiectionibus via precidatꝛ ⁊ cauſaꝝ accellerationi ꝯſulatur:partiumqꝫ laboribꝰ ꝑcatur. ⁊ expēſis ꝑdicto capitulo incipienti. Quādo in iudicio



in iudicio. Addicientes. Hoc ꝑpetuo ſtatuimus edicto ꝙ quotienſcunqꝫ aliquod inſtrumentum amodo fuerit in iudicio productū nō ſcriptum manu Notarij:qui illud ſubſcripſit ⁊ ſignauit:dūmodo ipſe Notarius in eius ſubſcriptione aſſerat ipſum inſtrumentum ſe recepiſſe:⁊ illud manu ſua propria debite ſubſcripſerit ⁊ ſignauerit. Ideo non obſtante ꝙ ſit aliena manu ſcriptum:nihilominus eidem inſtrumēto fides adhibeatur:⁊ quo ad formam extrinſecam pro publico habeatur:ſicqꝫ haberi volumꝰ ⁊ decernimus quibuſcunqꝫ oppoſitionibus in contrariū factis ⁊ fiendis non obſtantibus. Ceterum ſi ⁊ vbi inſtrumentum aliquod in iudicio ꝓductum ex alienis ꝓthocollis fuerit leuatum virtute cōmiſſionis aſſerte illi qui ipſuꝫ inſtrumentum leuauerit facte:ſi pars contra quā productuꝫ erit nō opponat ſpecifice ⁊ exꝑſſe in primo termino ſibi aſſignato ad opponendum contra ipſum Inſtrumentū non obſtare de commiſſione huiuſmodi nihilominus eidem inſtrumento ſic producto plenam fidem adhiberi volumus ⁊ decernimus:Et non obſtante ꝙ in ipſo inſtrumento non ſit inſerta cōmiſſio predicta nec de illa fides facta.

¶ Si in ſecunda dilatione data ad reſpondendum poſitionibus non fuerit illis reſponſum pronuncientur pro confeſſis.

Diffugij materiam nōnunqꝫ prebere viſum eſt tot numero dilationes ad reſpondendum poſitionibus a iuſdicentibus impartiri ſolite:ſtatuimus itaqꝫ hoc edicto perpetuo ꝙ ſi ⁊ vbi actor ſiue reus aut queuis partium litigantium poſitionibꝰ ex aduerſo traditis in prima aut in ſecunda dilatione per iuſdicentem ſeu iuſdicentes ſibi data. ſeu dāda ad ipſis poſitionibus reſpondendum:Que quidem ſecunda dilatio intelligatꝛ eſſe data cū cōminatiōe:ꝙ alias ipſe poſitiones habebuntur ꝓ ꝯfeſſis: ſiue exprimatur ipſa cominatio ſiue nō. Et ꝙ ſic intelligi volumus ⁊ decernimꝰ ipſis poſitionibꝰ nō reſpōderit aut cauſaꝫ vel cauſas in ſcriptis dictamine aduocati in ꝯtrariū non ꝓpoſuerit:tunc ⁊ eo caſu poſitiones ipſe haberi debeāt ipſo iure ꝓ ꝯfeſſis:ac ſi ꝑ ipſam partē forent confeſſe ⁊ ita ꝓnuntientur ſeruatis ſemꝑ terminis vt ſupra actori ⁊ reo ſtatutis:videlicet ꝙ non obſtante aſſignatione facta actori vel reo ad reſpondendū poſitionibus vel dicendum in cōtrariū cauſas termini ſupra in precedentibus capitulis actori ⁊ reo aſſignati currant ⁊ currere intelligantur:nec teneatur quis reſpondere perſonaliter:poſitionibus niſi ꝑ ponentem illas ꝓducēdo ꝑſonaliter:aut ꝑ ꝓcuratorē inſtructū aſſerte fuerint:Quo caſu ꝑte hoc petēte aſſignetꝛ ꝑs ad ipſis poſitiōibꝰ ꝑſonalr̄ vel ꝑ ꝓcuratorē inſtructū reſpondēdū eidē dādo dilatiōes ꝓut ſupra dictū eſt.

¶ Anteqꝫ ꝓpoſita aut deducta admittanꝛ ad ꝓbādum ꝑcludatꝛ via ꝑtibus vlterius quicqꝫ proponendi ⁊ deducendi.

Ut maiori ſolicitudine ſtudeant ꝑtes in tempore proponere ⁊ deducere ea que ad ſue intentionis iuſtificationem expedierint in modum proponi ſiue deduci nullis ſuperfluarum dilationū expectatis terminis:hoc edicto ſtatuimus ꝙ anteqꝫ aliqua propoſita vel allegata admittantur:vel admitti debeāt ad probandū per teſtes precludatur ⁊ precludi debeat partibus via vlterius quicqꝫ in cauſa ⁊ cauſis ipſis producendi:deducendi:ponēdi:articulandi:opponēdi:⁊ ꝓponēdi in ipſa inſtantia:ſic ⁊ taliter ꝙ partes: ſiue altera ipſaꝝ poſt ꝑdictā ꝑcluſionis viā quicqꝫ ꝓducerent:talia ſic ꝓducta allegata ꝓpoſita ⁊ deducta nō habeāt ꝓducētē vel ꝓducētes in aliquo releuare in ipſa inſtantia nec illa admittantur:ſed penitus repellanꝛ:niſi atteſtatiōes ſeu depoſitiones teſtiū in ipſis cauſis examinādoꝝ:⁊ ꝓpoſita ⁊ oppoſita in reprobando vel approbādo dicta ⁊ depoſitiōes teſtiū:ſi quos teſtes examinari aut q̄ ꝓponi aut opponi ꝯtigat.

¶ Deducta poſt ꝑdictā preclusionem vie admittuntur ad probandum per teſtes dumtaxat:⁊ in vna ⁊ in eadē inſtantia in meritis cauſe fiat vni cū examē ꝓ q̄libet ꝑte ⁊ denꝛ tres dilatiōes ⁊ q̄rta cū ſolēnitate dūtaxat.

Non paruam partiū litigantiū ſubſtantie ſeu facultatum ꝑtem examinantium totiens repetite teſtiuꝫ examinationes ita vt pene dimidiam aut potiorem totius impenſe portionem nōnunqꝫ abſorbeant Circa quod ſubditorum idemnitati conſulere cupientes:hoc ſalubri ſtatuimus edicto:ꝙ predicta preclusione vie ⁊ alijs premiſſis ſic vt ſupra proxime factis deducta per ꝑtes:ſi que admitti petantur ad probandum ⁊ admiſſibilia fuerint admittanꝛ ad ꝓbandū ꝑ teſtes dūtaxat:ita ⁊ taliter ꝙ in vna cauſa ⁊ in eadem inſtantia in meritis cauſe nō fiat nec fieri debeat niſi vnum examan teſtiuꝫ ꝓ qualibet ꝑte ſuꝑ materia ad ꝓbandum admiſſa:⁊ dentur ꝑ prefatum iuſdicentē ſeu iuſdicētes partibꝰ ſeu ꝑti in quarum vel cuius fauorem admiſſio fiet tres dilationes:⁊ quarta cum ſolennitate:ſi pars petierit:iuſdicēteſqꝫ ita ꝓ ſuo mero arbitrio decreuerint:⁊ non vlteriores concedantur ad examinādū teſtes quos examinari facere voluerit ſecundum cauſaꝝ ⁊ perſonarum qualitates ⁊ locoꝝ diſtantias prout eidem iuſdicenti ſeu iuſdicentibus videbitur. Ita tamē ꝙ in termino vltime dilationis:vel ante ipſum terminuꝫ ſeu alterum ex ipſis terminis ⁊ dilationibus debeat fieri publicatio: qua tūc facta non detur:vlterius facultas publicandi. Debentqꝫ huiuſmodi examina ⁊ teſtium depoſitiones recipi per iuſdicentem ſeu alterū ex iuſdicentibus:aut per cōmiſſarium ſiue cōmiſſarios idoneos ⁊ ſufficientes per ipſum iuſdicentē ſiue iuſdicentes nominādos ⁊ deputandos iuxta formam capituli incipientis. Perpetuo ſtatuimus edicto ⁊ cetera. Et alterius capituli



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

immediate ſequentis incipientis Uiam veritatis ignorantes.

¶ Publicatis teſtibus poſſint partes opponere in perſonas ⁊ dicta eorum: ⁊ equidem ad ipſorum reprobationem ponere aut articulare vnico termino: ⁊ quid ad reprobationē teſtiū fiat dūtaxat vnicū examē pro qualibet parte: nec detꝰ niſi vnica dilatio ad examinandū.

Publicatis teſtibus ac teſtiū atteſtationibus in cauſa vel cauſis examinatorū ptes poſſint opponere producere: ponere vel articulare: contra perſonas ⁊ dicta ipſoꝝ teſtium vnico termino dūtaxat per dictum iuſdicentem ſeu iuſdicentes ſibi ſtatuendo: ⁊ pariter ad ipſorum approbationem producere: ponere vel articulare que voluerint vnico alio termino que voluerint dumtaxat per ipſum iuſdicentem ſeu iuſdicentes ſtatuendo: ſicq̧ ad reprobationem ⁊ approbationem huiuſmodi non fiat niſi vnicum examen teſtium pro qualibet parte ſeu altera ipſarum ſiquidem fieri contingat: nec detur niſi vnica dilatio ad examinādum. Quo facto ⁊ publicatis atteſtationibus teſtium: vel etiam ſi nullum fiat examē concludatur ⁊ renūcietur in cauſa.

¶ Si poſt preclusionem vie vt ſupra factam. c. Ut maiori partes nō petant ſup ſui pte deducta ad probandum admitti aſſignētur ad ius nec vlterius admittantur ad probandum.

Ubi vero poſt preclusionem vie de qua ſupra dictū eſt capitulo. Ut maiori: partes non peterent ſui parte deducta admitti ad probandum in prima ⁊ ſecunda dietis immediate ſequentibus: tunc ⁊ eo caſu aſſignētur ⁊ illas aſſignari volumus ad audiendum ius ⁊ ſententiam diffinitiuam in cauſa ferri: nec vlterius admittantur ad pbandum. Et ſi vna pars petat ſui parte deducta ad probandum admitti: altera non petente admitti: petita admittantur prout ſupra que admiſſibilia fuerint: ⁊ parti nō petenti deducta ad probandum admitti precludatur via quicq̄ examinandi: nec vlterius in hoc audiatur ſi poſtea ſe admitti ad probandum peteret ſui parte deducta.

¶ Qualiter ⁊ quando tēpora inſtantiarum cauſaꝝ ciuiliū computari ⁊ que ferie: ac pariter que tēpora ex illis detrahi debeant.

Super terminis inſtantiarum cauſaꝝ ciuilium extra curiam conſilij nobiſcum: ⁊ cum prefato filio noſtro duce Sabaudie reſideñ. coram quibuſcunq̧ iudicibus ventilantium ⁊ ventilandarum tam ex veteri ſtatuto in capitulo incipiente: Item conſiliū omnes cauſas cognoſcere ⁊ terminare poſſit: Ex quo etiam ex predicta generali reformatione dictionis Sabaudie in capitulo incipiente. Ad cauſaꝝ ciuiliū abreuiationem: ſub rubrica de terminis inſtantiarum: ſalubriter videtur eſſe prouiſum. Uerum enim ſup hoc multotiens dubitari contingit preſertim quando partes nō comparent die aſſignata a quo tēpore intelligantur ſuperſedere a litigando. Si igitur deinceps aliquod dubiū oriatur hoc ppetuo ſtatuimus edicto: decernimuſq̧ ⁊ declaramus: quodamodo in poſterum a die aſſignata incluſiue qua partes cōparere debuerint ⁊ aſſignate fuerint ſi eo die non cōpareāt: dicantur ſuperſedere ⁊ non litigare vſq̧ ad diem qua poſtea primo comparebunt excluſiue: ⁊ illud tēpus de inſtātia cauſe detrahatur ⁊ detrahi volumꝰ ⁊ iubemus: Decernentes inſup ꝙ ſi dies aſſignata cadat in diem feriatā: ⁊ in ſequenti die vel in ſequentibus diebꝰ nō feriatis partes cōpareāt: dies feriata vel dies feriati nō detrahant̄: ſed cōputent̄ ⁊ ꝯputari debeāt de inſtantia cauſe: hoc eodē decreto ſtatuentes ꝙ ferie Paſchales ⁊ Natiuitatis Domini pendētes in illis aſſignationibꝰ in ipſa ⁊ de ipſa inſtantia computent̄ ⁊ cōputari debeāt quibuſcunq̧ ſtilis ⁊ ſtatutis: ⁊ alijs in cōtrarium facientibꝰ: non obſtantibus: quibus ex noſtra certa ſcientia: ac ex noſtre plenitudine poteſtatis quo ad hoc expreſſe derogamus ⁊ ſuper illis diſpenſamus: Quia vero ſepenumero cōtingit ex varijs ⁊ iuſtis cauſis ferias repentinas induci ſeu concedi longas vel breues p rerum ⁊ negotioꝝ occurrentium qualitate ex quibꝰ ſi in tempore inſtantie computarentur: poſſet ptibꝰ litigantibꝰ graue p̄iudiciū generari: Cui merito obuiare cupientes volumus: ſtatuimus: ⁊ iubemus: tempora dictarum feriarum repentinarum in inſtantijs cauſarū predictarū minime computari: ſed de illis detrahi debere. Quātū aūt ad menſem iudici ſeu iuſdicētibꝰ datū ad acta viſitādum ⁊ iudicandū decernimꝰ illum non currere niſi partibus in iudicio cōparentibus: ⁊ aſſignationibus ſeu dilationibus per iuſdicentes datis petētibꝰ.

